





DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
EPACTIS SOLARIBUS,
præcipuè verò
DE XI. DIERUM,
ex fastis restitutis, & ad tempora Con-
cilij Nicæni reductis, exemtorum,
J U R E,

QUAM
IN ILLUSTRIS CHRISTIAN-ALBERTINA,
AUSPICE DEO,
Consentiente inelyto Jctorum ordine,
P R Æ S I D E
Viro Consultissimo, Nobilissimo & Spectabili,
DN. SAMUELE REYHERO, JC.
Cod. & Mathem. super. & infer. Prof. P.
h. t. Facult. Juridicæ VI. EX-DECANO, Dno. Promotore
& Præceptore venerando,

*Pro Summis in utroque Jure Honoribus ac Privilegiis Docto-
ralibus obtinendis,*

Horis ante- & pomeridianis
Publico Examini submittit

CHRISTIAN HENRICUS WEIDEMANN,
Lipsiensis.

Die Martij MDCCLII.

KILLÆ, Literis Bartholdi Reutheri, Acad. Typogr.

1755
1702/4
48 21



128

DISPUTATIO JURIDICA

IN AUCTORITATE

DE

EPACTIS SOLARIBUS

principis vero

DE XI. DIEBUS

ex Iulio restitutis & ad temporis con-

temporis restitutis

JURIS

CONSULTATIONE

INSTITUTI CHRISTIANI ALBERTINI

AUSPICE THEO.

Confidens in auctore

PRÆSIDIO

ON SAMUEL REYHERO JC

od. & Martini inder & inder. Prof. P.

Prof. P. inder & inder. Prof. P.

Prof. P. inder & inder. Prof. P.

Prof. P. inder & inder. Prof. P.

Prof. P. inder & inder. Prof. P.

Prof. P. inder & inder. Prof. P.

CHRISTIAN HENRICUS WEIDEMANN

Litellus

Prof. P. inder & inder. Prof. P.

Prof. P. inder & inder. Prof. P.





PROOEMIUM.

NOstris temporibus vix convenientiorem disputandi materiam illâ, *de XI. dierum*, ex Fastis hactenus usitatis *abolitorum, Jure*, invenire potuimus, præsertim cum aliqui serenissimorum Imperii Statuum ex ejusmodi temporum contractione haud parvam commerciorum, contractuum ac aliorum negotiorum tam publicorum, quam privatorum confusionem ac turbationem metuerint, & propterea in tempore obviam ire voluerint, ut ex iis, quæ Potentissimi Electoris Brandenburgici, modò Serenissimi Prussiae Regis Legatus mense Decembr. anni superioris 1699. Ratisbonæ in Comitibus proposuit, patet; daß durch bequeme Mittel zu versorgen dienlich sey / daß die Landes-Herren dahit trachten solten / damit durch Aufsetzung der eilff Tage die restirende Gelder / Capitalia noch dergleichen Schrifften keinen Nachtheil haben mögen. Nec ullam aliam ob causam *ANGLIE*-vangelicorum Imperii Statuum de recipiendo Calendario emendato petitionem recusarunt, quam ob metuendam ex *Nominum, contractuum & Actuum publicorum Datis* (i. e. temporum denominationibus) orituram confusionem, indeque immortales nascituras lites. Hinc non immerito Jcti de remedio ejusmodi confusionibus evitandis apto, solliciti, varios ex Jure, tam publico, quam privato collegerunt casus, & quomodo in Contractibus, ulucapionibus, munerum collationibus, aliisque negotiis, Juris & æquitatis ratio haberi possit, ostendere conati fuerunt, Cum autem hoc, *Juridicum* licet, thema sine *Mathesi* commode intelligi, ejusdemque Controversiæ absque Chronologia decidi nequeant, ideo naturam ejus paulo accuratius indagare, & dissertationem hanc in certa capita distingvere decrevimus, quorum

A

CAP.

CAPUT I.

De Epactis in genere, de Lunaribus verò in specie, nec
non de mensis intercalaris jure agetur.

1. De Epactis in genere consideratis.
2. De Epactis Lunaribus.
3. Annus Romanorum antiquus X. habuit Menses, unde Martius & Aprilis dicti?
4. Unde Majus?
5. Unde Junius dicti?
6. De reliquis sex mensibus.
7. Intercalationis causa.
8. Januarius & Februarius à Numa inventi, unde dicti?
9. Modus conciliandi annos Solares & Lunares, per mensem Embolismalem.
10. Embolismalis pro momento habetur.
11. Inconcinnus ob embolismalem intervenientem computus.

§. I.

Epactæ in genere consideratae sunt dies abundantes, alias adjecti-
tij & impleti. ab intercalando sive a Græco ἐπαγεῖν dicti.

§. 2. Epactæ Lunares autem sunt undecim dies, quibus Solaris annus, Lunarem superat. Annus enim Solaris 365. dies continet. Lunaris vero ex duodecim mensibus Synodicis compositus, 354. absolvitur diebus.

§. 3. Antiquissimi Romani, anno ex decem mensibus constanti utebantur, quorum primus erat Martius à Marte Romuligenitore dictus; secundus Aprilis juxta Ovidium (a) ab ἀπρῶς, spuma vocatus, quod Veneri marinae, sive Aphrodissæ sacer esset, uti patet ex versibus: quibus de Quirino s. Romulo ita canit:

Ille suos semper Venerem Martemque parentes

Dixit

paulo ante,

Utque foro Marti primam dedit ordine sortem,

Quod sibi nascendi proxima causa fuit.

Sic Venerem gradibus multis in gente receptam

Alterius voluit, mensis habere locum.

& pau-

(a) Ovid. IV. Fastor. C. Jul. Solinus cap. 3.

& paulo post,

Sed Veneris mensẽm grajo sermone notatum

Auguror. à spumis est Dca dicta maris.

§. 4. Tertius Majus juxta Ovidium (b) vel à Majestate Jovis vel à Majoribus (c) vel à Maja, quod Mercurio filio ejus res divinæ eo mense fiant solennes, eodem mense Majuma celebrabatur, cujus Festi solennitas ab Arcadio & Honorio Imperatoribus fuit confirmata, L. unic. Cod. de Majuma.

§. 5. Quartus Junius, juxta Ovidium (d) vel à Junone, vel secundum Festum à Junioribus sive à Juventute, vel à jungendo, quia eo mense.

Tatium Fortemque Quirinum,

Binaque cum populis Regna coisse suis,

Et lare communi soceros generosque receptos,

His nomen junctis Junius, inquit, habet

§. 6. Hos porro ordine sequuntur Quintilis, Sextilis, Septem-ber, October, November, December, quasi decimus imber.

§. 7. Inficitia hæc Romuli necessitatem intercalandi attulit. Nam ejus annus, cum neque cum Sole, neque cum Luna conveniret, nonnunquam usu veniebat, ut frigus anni æstivis mensibus, & contra, calor hyemalibus incideret, quod vitium ita corripiebant, tantum dierum, sine ullo mensis nomine, patiebantur elabi, quantum ad id anni tempus adduceret, quo cæli habitus instanti menti aptus inveniretur, Macrobi.

§. 8. Secundus ergo Romanorum Rex Numa Pompilius vel ingenio, vel doctrina præstantior fluctuantem annum ita constituit, ut singulos Lunæ cursus, singulis mensibus imitaretur, & propterea duos menses, nempe Januarium à Jano appellatum, & Februarium à Februis Festis, quibus Diis manibus iusta solvi voluit, dictum adjunxit, illisque quinquaginta sex, utrique nimirum XXIX. assignavit dies, Macrobi. L. 1. Saturnal. cap. 13. Varro de Lingv. Lat. Lib. 5. §. 4.

§. 9. Introducto sic anno Lunari ex 354. vel 355. diebus constante, minimè Solarem neglexit annum, sed post transactos aliquos

A 2

(b) Lib. Faistor. V. (c) Festus sub verbo: Majus (d) Lib. VI. Faistor.

4
 quos ejusmodi annos, ex diebus superfluis s. *Epactis* integrum formavit mensē, eumque intercalavit, qui postea *Intercalaris* sive *Embolisialis*, germ. *Einförmig* dicitur, post ultimum *Februarii* diem ac ante *Calendas Martias*, tanquam addiditius, collocatus est.

§. 10. Totus hic mensis omnesque ejus dies, pro momento temporis observat *Cato*, extremoque diei mensis *Februarii* attribuit *Q. Martius*, teste *Celfo*. l. 98. §. 1. ff. de Verb. Signif.

§. 11. Si itaque olim aliquis circa *Calendas Februarii* decem solidos, post mensē solvendos, stipulabatur, interveniente mensē intercalari, non nisi post duos menses illos petere poterat. Eodem modo etiam in reliquis negotiis triginta & unus interdum dies pro tribus solummodo numerabantur, si e.g. is, qui Judicem III. Kl. Mart. recusabat, intra triduum arbitros eligere, & apud illos litigare, per l. ult. C. de judic. compellebatur, illam arbitrorum electionem ad *Calendas Martias* 28 dies remotas, differre poterat,

CAPUT II.

De Epactis Solaribus, earumque causis.

- | | |
|--|--|
| 1. Quid Epactis Solares? | Cycli magni, nempe 1184. & præterea 73. anni, unde non 10. sed 11. dies abijci debuissent. |
| 2. Anni Juliani tam communis, quam Bissextilis quantitas. | |
| 3. Jure Civili Bissextilis fingitur esse 7. aequalis communis. | Neglecta intercalandi methodo non nisi 7. æquinostia celo respondentia habebimus. |
| 4. Differentia vera annorum Juliani & tropici, annis 592. collecta est 5. & 8. Quare non nisi sex plenilunia Pædicorum. | Quare non nisi sex plenilunia Pædicorum hoc seculo occurrant. |
| 5. De Differentia annorum ex mente Hipparchi, Albategni, Alphonsi, Zarlini, Chrysoecci &c. & quæ vela Solini, quæ inventa verè anni quantitate cessat. | 9. Quinque Epactarum Solarium & Lunarium differentia. |
| 6. A Concilio Nicæno ad correctionem Gregorianam præterierunt duo | 10. Quinta differentia exemplis illustratur. |
| | 11. Mensis Intercalaris pro momento temporis habetur. |

§. 1.

EPactas Solares vocamus quinque dies in Cyclo Lunæ-Solari, ex 592. annis Julianis constante, abundantes. Non tantum enim anni Tropici Solis, minores sunt totidem Julianis, sed etiam menses Lunares Synodici 7322. annis 592. quinque diebus superantur à totidem annis Julianis.

§. 2. Annus enim Julianus à *Julio Cesare* sic dictus, & ante natum Salvatorem anno 4. svadente Ægyptiorum Astronomo *Sofigene* introductus, 365. dies, cum diei qvadrante continet, & propterea qvarto qvovis anno diem integrum, ex quatuor diei quadrantibus collectum, intercalavit. Hinc duplex ortus est annus, nempe *Communis* 365. dierum, & *Bissextilis* 366. dies continens.

§. 3. In Jure quidem nostro eadem omnibus, tam bissextilibus, quam communibus annis tribuitur qvantitas, dum uterque ex 365. diebus constare fingitur. l. 51. §. 2. ff. ad. Leg. aquil. & l. 4. §. 5. ff. de stat. liber. quia scil. in anno *Bissextili* biduum pro uno die habetur. & ideo nihil refert, utrum priore vel posteriore die quis natus sit, & deinceps, sextum Calendas (*Martias*,) ejusque natalis dies sit. nam id biduum pro uno die habetur, sed posterior dies intercalatur, non prior ideo, quo anno intercalatum non est (nempe communi) sexto calendas nato, cum (anno bissextili) bissexto calendis est, priorem diem natalem habet. *Celf. l. 98. pr. ff. de verb. Sign.*

§. 4. Cum ergo annus *Julianus* longe major sit anno vero tropico, hinc ex minutis abundantibus per 592. annos, quinque abundantes colliguntur dies, *Circuitus enim Solis*, teste *Cicerone*, (e) orbium V. defectibus & LX. & CCC. quartâ fere diei parte additâ, conversionem consiciunt annuam.

§. 5. Quantus autem hic à *Cicerone* sit indicatus defectus, maxime controversum fuit, *Hipparchus* enim quinque minuta prima, *Albategnius* 14. min. *Alphonfus* & *Tycho* 11. min. *Zarlminus* 12. min. *Chrysococca* ferme 13. min. statuerunt: Unde non immerito *Solinus* (f) de incerta intercalandi ratione conqueritur. Cum itaque in-

A 3

qvrens

(e) Lib. 2, de Natur, Deor, (f) cap. 3.

quiens, hæc definitio toto orbe placuisset, custodiendi quadrantis gratia à diversis gentibus varie intercalabatur, nec unquam tamen ad liquidum fiebat temporum per æquatio.

§. 6. Querela hæc nostro tempore cessat, quoniam desiderata torquesque exoptata anni quantitas, nempe 365. d. 5. h. 47. l. 50. ll. $16\frac{8}{37}$ ll. mediantibus noviluniis inventa est, unde anni *Juliani* & *Tropici* differentia sive excessus, nempe 12. l. 9. ll. $43\frac{29}{37}$ ll. patet.

§. 7. Hinc sequitur, ab anno *Concilij Niceni*, nempe 325. Christi, quo accidit æquinoctium die 21. Martij, ad annum *Correctionis Gregoriana*, annos 1257. elapsos esse, in quibus præter duos Cyclos Luna-Solares, insuper 73. continentur anni, binis itaque cyclis competunt 10. dies abjecti, pro 73. superfluis annis unus quoque dies abjici potuisset. Unde patet satius fuisse, si correctores, non X, sed XI. obliterassent dies, quo facto in superioribus seculis, nempe ab anno 1584. ad annum 1700. æquinoctij, quod semper in 21. Martij diem incidere debet, errores 109. evitari potuissent.

§. 8. Nisi etiam methodum intercalandi legitimam amplexi fuerint *Gregorijani*, per hoc seculum non nisi IX. æquinoctia Cælo respondentia, 81. verò per unum diem, & 10. per duos dies exorbitantia celebrabunt.

§. 9. Licet autem in hoc Seculo 91. *Æquinoctia erronea* occurant, attamen non nisi VI. reperiuntur *Plenilunia Paschalia aberrantia*, quia scilicet *Plenilunia Paschalia* modò propinquo-
ra, modò remotiora sunt ab æquinoctio verno; ipsum Festum *Paschatis* verò semper ad diem *Dominicam* alligatum est, & quidem illam, quæ proxima est à *Plenilunio Paschali*, cujus *Novilunium* antecedit æquinoctium, si ex gr. æquinoctium incidat in 19. vel 20. diem Martij, *Plenilunium* vero die 21. 22. 23. 24. 25. 26. & 27. Martij accidat, semper tamen 27. Martij, utpote *Dominica* post æquinoctium, & post *Plenilunium* incidente, celebrabitur *Pascha*.

§. 19.

§. 10. Paucis nunc, quomodo *Epactæ Solares* ab *Lunaribus* differant, indicandum erit. Differunt autem

I. Numero: *Solares* enim numerantur quinque, *Lunares* verò undecim.

II. *Solares* in Cyclo 592. annorum abundant, *Lunares* autem singulis annis Solaribus, deficiunt.

III. *Solares* ex nimia anni *Juliani* quantitate, *Lunares* vero ex defectu anni *Lunaris* oriuntur.

IV. *Solares* prorsus abolentur; *Lunares* verò asservantur & colliguntur, ut tertio sæpius, interdum etiam secundo anno, mediante mense intercalari, restituantur.

V. *Epactæ Solares* (si post duos Cyclos æquinoctio restitui debeant, uti superiori anno factum est) & quidem undecim superflui dies in unum diem quasi coarctantur, ut decimus octavus Februarii dies anni 1700. duodecim diebus æquipollere fingatur.

E contrario mensis intercalaris ex *Epactis Lunaribus* collectus ita habetur pro momento, ut omnes ejus dies habeantur pro uno, nempe ultimo Februarii die.

§. 11. Quinta hæc differentia, his exemplis illustrari potest. Si quis stipulatus fuisset die decimo Februarii decem solidos, post quatuordecim dies solvendos, dies solutionis venire debuisse die XIX. Martii, quia scilicet octavus dies non tantum octavus, sed etiam nonus, decimus, undecimus, duodecimus, decimus tertius & decimus quartus à decimo, numeratus dies est, quia omnes hi dies fictione Juris in die 18vo continentur, imo 28. & 29. in dicto octavo latent.

§. 12. E contrario verò mensis intercalaris pro momento habetur, ut ille, qui die decimo Februarii post 24. dies solvere promissit, tali anno, cui mensis *Embolisialis* intercalatus est, non nisi decimo sexto Martii solvere teneatur, quia a decimo Februarii ad finem numerantur octodecim, quibus sex dies priores Martii adnumerati, colligunt XXIV. dies, viginti octo verò dies mensis intercalaris intercedentis pro momento, habentur, per l. 98. §. ult. ff. de Verb. signif. nec numerantur.

CAP.

CAPUT. III.

De modis, quibus aliqui ex *Faistorum* mutatione ortis
difficultatibus mederi voluerunt.

1. Status Imperij de Erroris evitatio-
ne solliciti, nullas ediderunt con-
stitutiones, excepto Senatu Ham-
burgensi.
2. Constitutio Senatus Hamburgensis.
3. Licet laudatâ constitutione Ham-
burgensi loco X. dierum XI. compen-
sentur, uno tamen excedere, quam
X. dieb; deficere terminû in oblig-
ationibus aliquot mensium spacio
coarctatis satius est.
4. In obligationibus plurium anno-
rum vero compensatio hac non
adeo striete attendenda.
5. Quare in Holsatia tempore nun-
dinarum hyemalium, nullæ auditæ
fuerint querele.
6. In Dania similes nundinæ mutua-
ritiæ in usu sunt, Schnapding di-
ctæ, unde in Fionia dubio procul
maximum ortum fuit incommo-
dum.
7. Circa Calendas Majas (Maytag)
vero vaccarum Conductores,
(Hüländer) haud parum, sed fru-
stra queritarunt.
8. Poloniae Regis sive Electoris Saxo-
nie hac de re constitutio in Provin-
ciis ejus Germanicis promulgata.
9. Quid in Suecia hac de re actum.

§. 1.

Quamvis ante *Calendarii* emendationem Serenissimorum Im-
perij Statuum nonnulli de remediis, quibus temporum
Confusiones evitari possent, in Comitii Ratisbonensibus soli-
citi fuerint, nulla de hac re tamen tunc temporis nobis innotuit
constitutio, præter illam, quam Amplissimus *Hamburgensium Sena-
tus* superiori anno publicavit, cujus copiam hic adducere operæ
pretium erit.

§. 2. Dennach man zu folge des zu *Stegensburg* belieb-
ten allgemeinen Schlusses / denn *Calendar* auff dieses bereits
angetretene 1700ste Jahr / auch allhier verändert / als hat
E. E. Rath / zu Verhütung aller Irrungen / so wegen ab-
gangs der 11. Tage des Monaths *Februarii* / bey Wechseln
und

und Obligationen vorkommen möchten / allen und jeden / welchen daran gelegen / vermittelst dieses öffentlichen Anschlags kund thun wollen / daß alle Wechsel und Obligationes in und ausserhalb Landes geschlossen / umb die Valuta alhie zu bezahlen / welche nach dem 18. Februat. verfallen / und und auff gewisse Monaten oder Usos geschlossen sind / der 11. Tage extendirt werden soll. Actum & Decretum in Senatu, publicatumque sub signeto, den 3. Januarii A. 1700.

(L.S.)

§. 3. Laudatu dignissima hac constitutione XI. compensantur dies: licet autem X. duntaxat dies compensari naturā convenientius fuisset, uno tamen die excedere, quam decem diebus deficere satius fuit; præsertim in negotiis cambialibus, quorum termini sæpius unius vel pauciorum mensium spacio includuntur, quo pacto alteruter contrahentium defectu decem dierum nimium læsus fuisset.

§. 4. Alia verò ratio est illarum obligationum, quæ ad unum, pluresve annos extenduntur, quorum respectu vel excessus vel defectus undecim dierum, nullius ferè est momenti, per communem juris regulam, minima non curat Prætor. l. 9. §. ult. §. l. 10. ff. de dol. mal. quia nempe major causa minorem ad se trahit. per l. 54. ff. de Judic.

§. 5. Et hanc ipsam ob causam in *Holsatia* nostra, tempore Nundinarum hyemalium, & quidem in Hebdomade mutuatitia, quæ vulgò *oetava Trium Regum*, Germanicè *Umbschlag* audit, nullæ motæ fuerunt querelæ, procul dubio ob causam, quod illa dierum XI. exemptio paulo post dictam hebdomadam, utpote quæ die VI. Januarii incipit, & die XVII. *Antonio* dicata desinit, facta est: unde meliori jure *Duodena*, quam *oetava* dici possent.

§. 6. Similis hebdomas in *Dania* celebratur, & *Schnapsding* appellatur, quæ in *Seelandia* die XI. Junij, in *Fionia* die XXIV. Februa-

B

brua-

bruarii, *Viburgi* in *Juttia* die XI. Martii terminatur. *Lib. 5. c. 14. §. 1. Jur. Danici*; unde terminum solutionis in *Fionia* in ipsum tempus, quo ejeti sunt XI. dies, incidisse patet.

§. 7. Longe meliori jure *Vaccarum* Conductores, qui vulgo *Holländer* audiunt, & à *Calendis Majis 1699. ad Calendas Majas 1700. de Usufructu annuo* percipiendo contraxerant, eo tempore, quo maximum sperabant lucrum, undecim dierum usufructum amiserunt, & nihilominus annuam pensionem sine remissione solvere coacti sunt, de iniquitate conqueri poterunt.

§. 8. Serenissimum *Poloniae* Regem, tanquam *Saxoniae Electorem*, in *Provinciis suis Germanicis* tali constitutione subditis suis prospexisse nobis relatum est, cujus tenorem amicus quidam promissit.

§. 9. Serenissimus ac Potentissimus *Svecorum* Rex in *Provinciis suis Germanicis* emendatum quidem *Calendarium* recepit, ast in ipso Regno, suadente *Dn. Bilbergio*, olim *Upsaliae Mathematicum Professore Excellentissimo*, nunc *Episcopo Strengnesensi* summe Reverendo, non nisi unum diem, qui alias *methodo Juliana* intercalari debuisset, omisit, ut nimirum veteris & novi *Calendarij* eadem, quae antea, X. nempe dierum servaretur differentia.

CAPUT IV.

De Temporum cursu.

- | | |
|--|--|
| 6. Tempus naturaliter currit de momento in momentum, ut in re-
stitutionibus in integrum. | 7. In Usucapionibus. |
| 2. In temporalibus actionibus. | 8. Tempus currit de anno in annum, ut in honoribus petendis. |
| 3. In excusationibus tutorum ob aetatem. | 9. In Salariis advocatorum. |
| 4. In stipulationibus sub certo tempore. | 10. In Salariis Professorum & Pastorum. |
| 5. Civiliter tempus currit de die in diem, ut in aetatibus hominum. | 11. In Salariis Consulum Legati Caesaris. |

§. 1.

Tempus dupliciter currit, nempe vel naturaliter vel civiliter: naturaliter quidem currere dicitur, quando de momento in momentum computatur, & ita spectatur tempus in minore, qui, si modo unicum XXV. anni restet minutum, cum captus est, restitutionem in integrum petere potest. l. 3. §. 3. ff. de minor.

§. 2. Sic etiam in omnibus temporalibus actionibus, nisi novissimus totus dies compleatur, non finit obligationem, l. 6. ff. de oblig. & action. Item in decendio appellationis l. ult. §. fin. C. de tempor. & repar. appellat.

§. 3. Nec non in excusationibus Tutorum & Curatorum, qui excusantur, si annos septuaginta compleverunt. Excessisse autem oportet septuaginta annos tempore illo, quo creantur, aut quo hereditatem adiit quis, aut quo conditio, quæ testamento inscripta est, completa est, non intra tempora excusationis. l. 2. pr. ff. de Excus. §. 3. Instit. eod.

§. 4. Ille etiam, qui hoc anno, aut hoc mense dari stipulatus est, nisi omnibus partibus anni vel mensis præteritis, non recte petet. §. 26. Instit. de Inutil. stipul. Tempus enim adjectum totum pro debitore est, l. 17. & 186. ff. de R. J. Diesque is totus arbitrio solventis tribui debet, §. 2. Instit. de verb. Oblig.

§. 5. Civiliter currere tempus dicitur, quod de die ad diem numeratur, dum dies cæptus habetur pro completo, unde anniculus non statim, ut natus est, sed tricesimo sexagesimo quinto die dicitur, incipiente planè, non exacto die, quia annum civiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus. l. 134. ff. de verb. signif.

§. 6. Similiter etiam currit tempus in testamentis à puberibus faciendis, ubi non excessisse quartum decimum annum; sed complevisse sufficit. Propone, inquit Ulpianus, aliquem Calendis Januarii natum: testamentum ipso natali suo fecisse, quarto decimo anno, an valeat testamentum? dico valere; plus arbitror etiam si pridie calendarum fecerit, post sextam horam noctis valere testamentum. Jam enim complevisse videtur annum quartum decimum, ut Marciano videtur, l. 5. ff. qui testam. fac. poss.

§. 7. In usucapionibus quoque non à momento ad momentum, sed totum postremum diem computamus, ideoque qui horâ sextâ diei calendarum Januariarum possidere cœpit, horâ sextâ noctis pridie Calendas Januarias implet usucapionem, juxta L. 6. & 7. ff. de usurp. & usucap.

§. 8. In honoribus petendis autem tempus quidem civiliter, sed de anno ad annum currit. Ad Rempublicam enim administrandam ante vicesimum quintum annum admitti minores non oportet. Annus autem vicesimus quintus cœptus pro pleno habetur. Hoc enim in honoribus, favoris causa constitutum est, ut pro plenis inchoatos accipiamus l. 8. ff. de muner. & honor.

§. 9. In Saliis quoque Advocatorum vel Patronorum Fisci tempora de anno ad annum computantur, dum qui in officio fatalem diem obierunt, universa totius anni salaria, ex quo officium peragere cœperunt, ad heredes suos vel ab intestato transmittunt, vel extestamento relinquunt. l. 15. §. 1. C. de Advoc. divers. Judiciorum.

§. 10. Hodie etiam ad Professorum, Pastorum Ecclesiæ, Præceptorum in scholis, aliarumq; personarum publicarum viduas hoc privilegium extenditur. Francisc. Stypman. de Salar. Cleric. cap. XI. Carpz. Jurispr. Eccles. L. 1. Def. 170.

§. 11. Diem functo Legato Cæsaris, salarium Comitibus residui temporis, quod à Legatis præstitum est, debetur, modo si non postea comites cum aliis eodem tempore fuerunt. l. 4. ff. de Off. Adfess. l. 19. in fin. ff. Loc. cond.

CAPUT V.

De Tempore Continuo & utili.

- | | |
|--|---|
| 1. Quid sit tempus continuum. | 3. Dies intercalaris Anno continuo non proficit. |
| 2. Dies continui, Menses, Anni, Biennia, | 4. Continuo tempori, opponitur utile, ejusque descriptio. |
| 3. Quadriennia, Quinquennia continua. | 5. De diebus utilibus, qui interdum per. |

- per Sessiones, interdum simpliciter numerantur;
6. Biduum & triduum utile.
7. Menses utiles.
8. Anni utiles.
9. Tempus utile, mutatur in continuum; biduum appellationis utile in decendum continuum.
10. Annus utilis in actione de dolo mutatus in biennium continuum.
11. Annus utilis restitutionis in integrum, mutatus in quadriennium continuum.

§. 1.

Tempus continuum est, quod nulla eorum dierum, quibus experiendi potestas non fuit, subductione facta currit, & ignorantibus quoque cedit. l. 8. ff. de his, qui not. infam. l. 31. ff. ad. L. Jul. de Adult. l. 31. §. 1. ff. de Usucap. l. 6. ff. de Usufr. legat. Brisson. Lex. Jur. verb. Continui dies.

§. 2. Occurrunt autem dies continui l. 1. §. 9. ff. de agnosc. & alend. liber. Menses Continui l. 5. §. 19. ff. ut in possess. legator. Anni continui l. 4. §. 5. ff. de stat. liber. Biennium continuum l. f. C. de dol. mal. Quadriennium continuum, l. f. C. de temp. in integr. Quinquennium continuum, l. 31. ff. ad l. Jul. de adulter.

§. 3. Anno continuo intercalaris non proficit, l. 2. ff. de divers. tempor. prescript. i. e. non numeratur, quia habetur pro momento, dum bissextum, quod ex sexto Calendar. Martii & intercalari componitur, pro uno simplici die computatur l. 98. pr. ff. de verb. Sign.

§. 4. Continuo tempori opponitur utile l. 31. ff. ad l. Jul. de adult. l. 1. §. fin. ff. de agnosc. & alend. liber. Est autem utile tempus, quod experiendi potestas est. l. 55. ff. de Edil. edict.

§. 5. Hinc in jure mentio fit Dierum utilium l. 12. §. 5. ff. ad L. Jul. de adult. quibus scilicet quis scierit & potuerit admittere bonorum possessionem l. 2. pr. ff. quis ordo in possess. Numeranturque vel per Sessiones, i. e. per illos dies, quibus sedit Prætor, öffentliche Gerichts-Tage. d. l. 2. §. 2. si scilicet causa cognitio pro tribunali desideretur; in iis vero bonorum possessionibus, quæ de plano peti possunt, non Sessiones, sed omnes dies utiles numerantur, d. l. 5. §. 5. Instit. de bon. poss. Jac. Cujac. lib. 2. observ. c. 18.

§. 6. Biduum utile in propria causa l. 20. §. 1. ff. de appellat.

triduum vero utile in aliena causa observandum est in appellationibus l. 1. §. 7. & 12. ff. quando appelland.

§. 7. Menses utiles ex XXX. diebus utilibus componuntur, l. 29. §. 5. ff. ad L. Jul. de Adult. juncta l. 2. §. ult. ff. de suis & legitim. l. 55. ff. de adil. ed. & l. 101. ff. de Reg. Jur.

§. 8. Sæpissime autem occurrunt Anni utiles l. 12. §. 4. ff. ad L. Jul. de adult. l. 1. pr. ff. de divers. & tempor. præscript. l. 1. §. 2. ff. quando de pecul. l. 6. §. fin. ff. que in fraud. credit. l. 1. pr. ff. uti Possideris.

§. 9. Interdum tempus utile mutatur in continuum: ita Bidduum & triduum appellationis l. 20. §. 1. ff. de appellat. l. 1. §. 12. ff. quando appelland. quod ex diebus utilibus componi oratio D. Marci voluit d. l. 1. §. 7. ob metuendum errorem calculi dierum, mutatum est, ut decem fatales dies pro uno ubique instituantur. l. 5. §. 5. in fin. C. de tempor. & repar. appellat. & Nov. 23. cap. 1. quod decondium utpote continuum de momento in momentum currit. Brunnem. Proc. Civ. cap. 28. n. 41.

§. 10. Actio de dolo, quia Prætoria est, anno & quidem utili finitur pr. instit. de perpet. & tempor. act. De Jure novo autem annus hic utilis in biennium conversus est l. ult. C. de dol. mal.

§. 11. Restitutiones in integrum, quia ibidem ex Auctoritate Prætoris dependebant, intra annum utilem l. 39. ff. de minor. institui poterant, qui tamen transmutatus est in quadriennium continuum per l. ult. C. de tempor. in integr. restit.

CAPUT. VI.

De Præscriptionum, usucapionum & dilationum temporibus uno anno minoribus, & quidem de horis & diebus.

- | | |
|--|--------------------|
| 1. Tempora præscriptionum ob exemptionem XI. dierum turbantur. | 4. Unius diei. |
| 2. Dyni Mugellani Jcti vita. | 5. Duorum dierum. |
| 3. Præscriptio viginti horarum. | 6. Trium dierum. |
| | 7. Quinque dierum. |

8. Nör.

8. *Novem dies.*9. *Decem dies.*10. *Quindecim dies.*11. *Viginti dies.*

§. 1.

Præscriptionum materia uti nobilissima, sic etiam amplissima est, unde Celebris Jctus *Dynus*, Mugello Florentini agri oppido oriundus, XLII. collegit Præscriptiones, quas utpote ob XI. dierum exemptionem periculum incurrentes, recensere volumus.

§. 2. Dicitus *Dynus* Bononiæ jura docuit, postquam autem *Bonifacius VIII.* Libri sexti collectionem instituisset, evocavit eum Bononia, ut labore & industria ejus uteretur, non obscuram spem ipsi faciens de Cardinalatu consequendo. Profectus igitur eo, cum *Riccardo* de Petronibus *Sextum Decretalium* confecit, verum absoluto opere iisdem, quibus venerat, honoribus domum reversus, animi dolore vita functus An. 1303. *Forster. Hist. Civ. lib. 3. c. 21.*

§. 3. Præscriptio XX. horarum invenitur in *l. 25. ff. ad. L. Jul. de Adult.* ubi *Ulpianus lib. 2. ad d. L.* hæc verba habet: Capite *V. legis Juliae* ita cavetur, ut vir adulterum in uxore sua deprehensum, quem aut nolit aut non liceat occidere, retinere *horas diurnas, nocturnasque continuas, non plus quam XX,* testante ejus rei causa, sine fraude sua Jure liceat.

§. 4. Unius diei præscriptio invenitur in *l. 42. ff. de Re Jud.* ubi ex *Papinian. Lib. III. Respons.* monetur, ex mente *Pauli Prætorum* sententiam suam priorem non posse mutare, reliqua autem quæ sententiæ defunt, circa condemnandum vel absolvendum Reum debere supplere, scil. *eodem die.*

§. 5. Duorum dierum præscriptio invenitur in *l. 38. § 11. ff. de Edil. ed.* ubi *Ulpianus* ex *Cælio* adducit, vendendi causa ornatum jumentum videri, non si sub tempus venditionis, hoc est, *Biduo* ante venditionem ornatum sit, sed si in ipsa venditione ornatum sit.

§. 6.

§. 6. Trium Dierum præscriptio invenitur in *l. 3. C. de Er-
vor. Advocat.*, ubi Diocletianus & Maximinus Imperatores con-
stituunt, Clientem præsentem ex continentu i. e. *triduo* proxi-
mo contradicere posse, errori Advocati sui, ne sibi noceat, *L. ult.
C. de Judic.* Præterea etiam si quis Judicem suspectum recuset, Li-
bellum reculationis offerre, arbitrosque deligere illico, h. e.
intra *triduum* tenetur. Insuper in *L. un. pr. ff. de Gland. legend. Ul-
panus Libr. 71. ad Edictum* scribit, Prætozem glandem, quæ ex
illius agro in tuum cadit, quo minus illi *tertio* quoque *die* legere,
auferre liceat, vim fieri vetare; Tandem *biduum* & *triduum* in
appellationibus observatum fuit, antequam in *decem dies continuos*
mutata sunt *l. 1. §. 6. ff. quand. appelland. sit.*

§. 7. Quinque dierum mentio fit in *L. 8. ff. si quis Caut. in
Jud. sist.* ubi quinque illi dies non de præscriptione, sed de dila-
tione; intelligendi sunt.

§. 8. Novem dies a tempore obitus numerandi sunt, an-
tequam ex defuncti persona heredes, vel alii, qui pro defuncto
obligati sunt, appellari vel molestia quadam affici possunt, *Auth.
sed neque C. de Sepulc. viol.*

§. 9. Decem dies in appellationibus hodie spectandi sunt
Auth. Hodie C. de appellat.

§. 10. Quindecim dies testibus, antequam compelli pos-
sint, ut Juramentum præstent, conceduntur. *L. 19. C. de testib.* De
hac præscriptione quindecim dierum videri poterit *Cuj. c. 8. de
temporibus*, quem allegat *Gorbofred. in not. ad dist. L.*

§. 11. Si in Civilibus ab actore, in criminalibus autem se
spoliatum reus asserat, a quocunque intra quindecim dierum
spatium (post diem, in quo proponitur) quod asserit, compro-
bare debet, alioquin expensis condemnabitur *Cap. frequens 1. de
restit. Spol. in 6. Panorm. in cap. cum dilectus 2. X. de ordin. cogn. n. 1. vid.
Gail. lib. 2. Obs. 75. n. 1 seqq.*

§. 12. Idem quoque in foro Saxonico obtinere probat *Carpz.
Jurispr. for. p. 1. Const. 6. def. 1. Zang. de Except. p. 2. c. 18. n. 2. §. seqq.*

§. 13. Vi-

§. 13. Viginti dierum induciæ conceduntur ei, qui vocatus est ad iudicium, quibus deliberare potest, cedat ne, an contendat? *Auth. Afferatur. C. de Lit. contest.* quod quidem in civilibus obtinet; in Criminalibus vero juxta, *L. 2. C. de exhib. reis.* triginta dies conceduntur.

§. 14. Ab aliquo conventus si vicissim ipsum pulsare velit; statim quidem hoc non licet, nisi apud eundem Judicem, qui si displiceat, intra *XX. dies* reculari potest, aliusque mereri, apud quem rursus utrumque negotium ventiletur, *Authent. Et consequenter. C. de sent. & interloc. omn. jud.*

§. 15. Judices controversias civiliter vel criminaliter ventilatatas intra *XX. dierum* spatium, postquam orta fuerint litigia, terminare tenentur, nisi pœnam decem librarum subire velint. *l. unie. §. 4. C. ut omn. judi. tam Civil. quam Milit.*

CAPUT. VII.

De Prescriptionibus & dilationibus per menses definitis.

- | | |
|--|--|
| 1. De Prescriptione triginta dierum in exceptione contra apochas. | 10. Quinquaginta dies continui tutoribus se excusare volentibus. |
| 2. In commisso vestigalis. | 11. Quinquaginta dies iudicibus se abdicantibus. |
| 3. In prescriptione servitutum. | 12. Duo menses ad liris contestationem. |
| 4. In dilatione sententia condemnatorum. | 13. - - ad suspensionem manumissionis. |
| 5. In inchoando inventario. | 14. - - ad dilationem debitoribus fisci concedendam. |
| 6. In substituendo novo accusatore. | 15. - - ad venditionem agri emphiteuticarii. |
| 7. De Excusationibus tutorum ultra centesimū lapi dem habitantium. | 16. - - ad liris contestationem. |
| 8. Tringinta dies per tertium Caput legis Aquilie observandi. | 17. - - ad litem finiendam. |
| 9. Terminus Saxonicus. | |

C

18. Sexa-

- | | |
|-------------------------------------|-------------------------------------|
| 18. Sexaginta dies adulteram ac- | 30. - - Socio insulam reparanti ad |
| cusanti marito. | illam totam sibi vindicanti. |
| 19. - - Patri accusare volenti con- | 31. - - tutori se excusanti. |
| ceduntur. | 32. Centum & viginti dies patri fi- |
| 20. - - ad dilationem manumif- | liam adulteram accusanti. |
| sonis. | 33. Sex menses redhibitioni. |
| 21. - - ad absolvendum inventarium. | 34. - - Quarelam inofficiosi medi- |
| 22. - - ad redhibitionem | ranti. |
| 23. Tres menses hereditatem respu- | 35. - - redhibere volenti. |
| enti & renuncianti. | 36. - - ancillam matrimonii causa |
| 24. - - ad vindicationem Decu- | manumissam ducenti. |
| ronis. | 37. - - Vacationis ecclesiasticarum |
| 25. - - ad finiendum processum. | præbendarum. |
| 26. - - ad producenda instrumenta. | 38. - - Feminam adulteram accu- |
| 27. - - ad dilationem probationis. | sare volenti. |
| 28. Centum dies bonorum possessio- | 39. Novem menses in transmarina |
| nem amplectenti. | dilatione computandi. |
| 29. Quatuor menses condemnato ad | 40. - - deliberationem petenti. |
| solutionem conceduntur. | 41. Decem menses pro juramento |
| | litigantium. |

§. I.

Intra triginta dies post securitatis expositionem, sive post apocham scriptam & traditam, exceptio non numeratæ pecuniæ objici potest. l. 14. §. 2. C. 3. C. de non num. pec. Carpz. Jurispr. For. p. II. Const. 29. def. 19.

§. 2. Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, pupillo remittere se pœnam commissi, si intra diem trigessimum vctigal intulisset l. 7. §. 1. ff. de publican. in vctig.

§. 3. Sive quis habuit Jus viæ, sive non habuit, in ea conditione est, ut ad tuitionem prætoris pertineat, si modico tempore, i. e. non minus quam triginta diebus usus est. l. 1. §. 2. ff. de Itiner. actuque priv. sic tempus mediocre etiam vocatur, quod non transcendit triginta dierum inducias. Nov. 17. Cap. 2.

§. 4. Si vindicari in aliquos severius jussierint Imperatores,

res, nolunt statim eos, aut subire pœnam, aut excipere sententiam, sed per *dies triginta* super statu eorum fors & fortuna suspenduntur *l. 20. C. de pœn.*

§. 5. Tempus inventarii inchoandi sunt *triginta dies*, qui heredi ab apertis tabulis, ut deliberet, conceduntur. *l. ult. §. 2. C. de Jur. delib.*

§. 6. Si accusator decesserit, aliave quæ causa ei impeditur, quo minus accusare possit, Scto cautum est, ut liceat alii ex integro reum repetere, sed utique *triginta dies utiles* observandi sunt. *l. 3. §. ult. ff. de Accus. l. 10. §. 2. ff. ad JCrum Turpil.*

§. 7. Huc quoque referri possunt *triginta dies*, qui tutoribus ultra centesimum, vel potius ultra quadringentesimum lapidem habitantibus ad excusationem dantur. §. 16. *Inst. de Excus. tut. l. 13. §. 1. & 2. ff. cod.*

§. 8. Si quis alteri damnum faxit, quod ufferit, fregerit, ruperit injuria, quanti ea res sit in *diebus triginta* proximis, tantum æs Domino dare damnas esto, *l. 27. §. 5. ff. ad L. Aquil. §. 14. Inst. cod.*

§. 9. Terminus Saxonicus est, *sex hebdomadae & tres dies* (hoc est, *45. dies*) quia olim citabantur ter & singulis citationibus ponebant terminum *duarum hebdomadam* & *unius diei* more Gallorum, qui *quinze jours* sumunt pro duabus hebdomadis. vid. *Schilter. Comment. adjus Feudale Alemann. cap. 120. §. 5. p. 418.*

§. 10. Tutoribus intra dies *quingenta continuo*, ex quo cognoverint se esse tutores vel curatores datos, se excusare debent, si in ipso, aut intra centesimum ab eo loco, ubi dati sunt, reperiantur, §. 16. *Inst. & l. 13. n. 1. & 2. l. 38. ff. nec non l. 6. & 12. Cod. de Excus. tutor.*

§. 11. Judicibus tam Civilibus, quam militaribus post administrationem depositam *quingenta dies* in Civitatibus vel certis locis permanere imperatum est. *l. un. & authen. si verò C. ut omnes Jud. tam civ. quam mil.*

§. 12. Actor cautionem exponere debet, se intra *duos menses* litem contestaturum, *Authen. Libellum. C. de lit. contest.*

§. 13. Libertatem servorum propter suspicionem criminis adulterii Legum Conditores intra *duorum mensum* spatium post missionem repudii numerandum suspendi definiunt, propter tormentorum quaestionem (si opus exegerit) eis imponendam. Et paulo post: Sancimus itaque post *duos menses* post mortem mulieris servari, ut intra eos ante dicti servi permaneant, & facultatem maritus habeat probationes adulterii per eos probare. *l. 36. Cod. ad L. Jul. de Adult.*

§. 14. Fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem negari non placuit. *l. 33. pr. ff. de Usus.* Cuius rei estimationem arbitris judicandis conceditur, ut in minoribus summis non plus, quam *duo mensis* prorogentur. *l. 45. §. 10. ff. de Jur. Fisc.*

§. 15. Sin *duorum mensum* spatium fuerit emensum, & Dominus tantam quantitatem, quantam emphyteuta revera ab alio recipere potest, praestare noluerit, licentia emphyteutae datur, ubi voluerit, & sine consensu Domini meliorationes vendere. *l. fin. vers. Sin autem C. de Jur. Emphyteut. Cap. Potuit emphyteuta. X. de Locat. & conduct.*

§. 16. Libellum non dirigat actor, nisi exponat cautionem intra *duos menses* se litem contestaturum, vel omne damnum ei, qui convenitur, restitutum. *Auth. Libellum. C. de Lit. contest.*

§. 17. In Civili crimine Clerici, civilis praesit iudex, ut lis ultra *duos* non egrediatur *menses*, nec tamen puniatur, etiamsi reus inveniatur, priusquam per Episcopum spoliatur, *Auth. Clericus C. de S. S. Eccles.*

§. 18. Jure Mariti adulteram accusare volenti *sexaginta dies utiles* computantur. *l. 6. C. ad L. Jul. de Adult. l. 11. §. 6. ff. eod. l. 37. §. 1. ff. de minor.*

§. 19. Marito primum, vel patri eam filiam, quam in potestate habet, intra *dies sexaginta*, divortii accusare permittitur; nec ulli alii in id tempus agendi potestas datur, ultra eos neutrius voluntas expectatur. *l. 14. §. 2. ff. ad L. Jul. de Adult.*

§. 20. Mulieris aut patris ejus non naturalis, sed justii, ancillae

cillæ & servi, per quos crimen admissum probari potest, intra *sexagesimum diem* ex dissolutione matrimonii connumerandum, manumitti vel distrahi, lex prohibet. *l. 29. §. 5. ff. ad l. Jul. de adult. §. l. 3. C. eod.*

§ 21. Qui hereditatem adire vult, intra *triginta dies* post apertas tabulas, vel postquam nota fuerit ei apertura tabularum, vel delatam sibi ab intestato hereditatem cognoverit, connumerandos, exordium capiat, inventarium super his rebus, quas defunctus mortis tempore habebat, & hoc inventarium intra *sexaginta dies* modis omnibus impleatur. *l. 22. §. 2. Cod. de Jur. de liberandi.*

§ 22. Si quid ita venierit, ut, nisi placuerit, intra tempus redhibeatur, de tempore autem nihil convenerit, in factum actio intra *sexaginta dies utiles* accomodatur ad redhibendum, ultra non. *l. 31. §. 22. ff. de Edil. Edict.*

§ 23. Heres non titubante animo si respiciendam vel abstinentiam esse crediderit hereditatem, intra *trium mensium* spatium, ex quo ei cognitum fuerit scriptum se esse, vel vocatum heredem, renunciare debet, *l. 22. §. 1. v. similibus modo. §. ult. C. de Jure delib.*

§ 24. Si quis suam Decurionem curiæ vindicare maluerit, in eundem manus injectione concessa, sciat nisi intra *tres menses* causam originis cognoverit, decem librarum multam cogatur exsolvere. *l. 54. C. de Decur.*

§ 25. Si quis denunciationem emisit, in hac Regia urbe Præfectum urbi festinare; In Provincia vero Rectorem ejus intra *trium mensium* spatium causam dirimere sancimus, *l. un. C. de Nov. oper. nunc.*

§ 26. Si ex Provincia, ubi lis agitur, vel personæ vel instrumenta poscantur, non amplius, quam *tres menses* indulgeantur. *l. 1. C. de dilat.*

§ 27. Si actor vel Reus usque ad *tres menses* suas non proposuerit allegationes, causæ cognitæ non amplius expectans, sententiam omnibus modis legibus & moribus consonantem proferat, *Authent. jubemus, Cod. de Judiciis.*

§. 28. Qui proximitatis nomine bonorum possessionem affectat, *centum dierum*, ex quo defunctum eum scit, spatium habet ad illam amplectendam. *l. 2. C. qui admitt. ad bon. poss. adde l. 3. ff. unde Cognat. & l. 1. §. 8. 9. ff. de success. edit.*

§. 29. Eos, qui condemnati solutionem pecuniarum, quas præterdere iussi sunt, ultra *quatuor menses* à die condemnationis distulerint, centesimas usuras exigipræcipit Imperator. *l. 2. Cod. de Usur. rei judic.*

§. 30. Socius, qui cessantis, cessantiumve portiones insula restituerit; quanvis aut sortem cum certis usuris intra *quatuor menses*, postquam opus refectionem erit, recipere potest: exigendoque privilegio utetur, aut deinceps propriam rem habebit. Oratio enim Divi Marci *quatuor mensibus* finit certas usuras, quia post *quatuor* dominium dedit. *l. 52. §. 10. ff. pro Soc. add. l. 4. C. de Edif. priv.*

§. 31. *Quinquaginta dierum* spatium tantummodo ad contestandas excusationum causas pertinet. Peragendo enim negotio ex die nominationis continui *quatuor menses* constituti sunt. *l. 38. ff. de Excusat. tutor.*

§. 32. Si maritus sit in magistratu, patris accusatio impeditur, ne præripiatur marito jus, quod cum eo æquale habet, igitur non cedent *sexaginta dies* patri, cum accusare non potest. *l. 15. pr. ff. ad L. Jul. de Adult. Patrem Adulteræ etiam die centesimo vigesimo accusare posse, quia præteritis prioribus sexaginta diebus maritus non amplius admittitur, per l. 14. §. 2. ff. eod. Patri autem in sexaginta diebus & ipse Sexagesimus est, l. 30. §. 1. ff. eod.*

§. 33. Tempus redhibitionis *sex menses* utiles habet, quibus experiundi potestas est. *l. 19. §. ult. & l. 55. ff. de Edil. edict.*

§. 34. Ubi testator decesserit alio scripto herede, & speratur de inofficioso querela, necessitatem habere scriptum heredem, siquidem præsto est in eadem commanens Provincia, intra *sex mensium* spatium adire huiusmodi hereditatem, vel manifestare suam sententiam debet. *l. 36. §. 2. C. de inoffic. testam.*

§. 35. Tempus redhibitionis *sex menses* utiles habet, & ex die venditionis currit, *l. 19. §. ult. ff. de Edil. edict.*

§. 36.

§. 36. Justa manumissionis causa est, si quis ancillam matri-
monii habendi causa, tum tamen intra *sex menses* in uxorem duca-
tur, manumittere velit. §. 5. *Inst. Cui & ex quib. caus. manumitt.*

§. 37. Cum præbendas ecclesiasticas s. quælibet officia in a-
liqua ecclesia vacare contigerit, non diu maneant in suspensio,
sed intra *sex menses* personis, quæ dignè administrare valeant,
conferantur. *Cap. nulla 2. X. de Concess. præbendar.*

§. 38. Qui accusationem intulit faminae post *sex menses* uti-
les ex die divortii si destiterit, Scto Turpilliano plecti debet, l. 1.
§. 10. ff. *ad Sctum Turpillian. Sex mensium* hæc sit separatio, ut in nu-
pta quidem ex die divortii, *sex menses* computentur, in vidua vero
ex die commissi criminis. l. 29. §. 5. ff. *ad L. Jul. de Adult. add.*
l. 4. §. 1. ff. *cod.*

§. 39. Si ex ea provincia, ubi lis agitur, vel persona, vel
instrumenta poscantur, non amplius, quam *tres menses* dilatio-
nis gratia indulgeantur. Si vero ex continentibus provinciis,
sex menses custodiri, justitiæ est. In transmarina autem dilatione
novem menses computari oportet. l. 1. *C. de Dilation.*

§. 40. Imperator Justinianus indulget heredibus petere de-
liberationem, vel à Principe, vel à Judicibus, non tamen am-
plius ab Imperiali culmine *uno anno*, à judicibus vero *novem men-
sibus*, ut neque ex Imperiali largitate aliud tempus eis indulgea-
tur, sed & si fuerit datum, pro nihilo habeatur. l. ult. §. 13. *C. de
Jur. delib.*

§. 41. Si quis litigantium juraverit, non dedisse, aut non
promississe, intra *decem* vero *menses* post prolatam sententiam
numerandos, ostendatur dedisse, & dantes & accipientes pu-
niendi sunt. *Nov. 124. Cap. 2.*

CAPUT VIII.

De Præscriptionibus, Dilationibus, aliisque tempori- bus Annalibus.

1. Quare actiones Prætorie annales, 3. bonorum raptorum intra annum
2. Quanti minoris annus utilis, in quadruplum datur

Con

- - contra rapientem rem donatam. 14. Qui adversus edictum in jus vocavit, intra annū conveniri debet.
4. - - contra rapientem rem sibi obligatam. 15. Qui successioni non renunciat, intra annale tempus decedens ad successorem tempus extendit.
5. - - contra Dominum servi, qui rapuit. 16. Bonorum possessionem intra annum non petens & moriens, ad successorem jus non transmittit.
6. - - contra novercam res hereditarias amoventem. 17. Heres absens, unius anni spatium ad inventarium absolvendum habet.
7. Ab hostibus reverso utilis annus ad res suas vindicandas. 18. Deliberationem petens a Principe non ultra unum annum obtinet.
8. Ad restitutionem ob alienationem, iudicii mutandi causa factam. 19. Reus absens intra annum revertens & se purgans bona sua recipit.
9. Intra annum in quadruplum, metus causa. 20. Si reus non redierit post annum, bona in Fiscum coguntur.
10. - - Calumnie cause. 21. Reus post annum reversus se defendens, absolvitur, sed bona non recuperat.
11. Filio familias emancipato, intra annum pater conveniri potest. 22. Res mobiles olim anno usucapiebantur.
12. Injuriarū actio anno praescribitur.
13. Servi occisi precium quanti ea anno plurimi fuit, solvendum.

§. 1

Actiones, quæ ex propria pratoris Jurisdictione pendent, plerumque intra annum vivunt; Nam & ipsius Pratoris intra annum erat imperium, pr. Inst. de perpet. & tempor. act.

§. 2. Si mancipium non redhibeatur, sed quanti minoris agatur, Annus utilis est, l. 19. §. fin. & l. 38. pr. ff. de Edil. edict. l. 2. in fin. C. de Edil. action.

§. 3. Si rem mihi donatam heres donatricis violenter abripuerit, vi bonorum raptorum intra annum quidem in quadruplum, post annum in simplum intendere possum. l. 2. C. vi bonor. raptor.

§. 4. Creditor res sibi obligatas vi rapiens, vi bonorum raptorum intra annum utilem, post (annum) simpli actione conveniri potest. l. 3. C. vi bonor. raptor.

§. 5. De

§. 5 De his, quæ servus alienus nesciente Domino, vi raptus, intra annum in quadruplum vi bonorum raptorum, & post (annum) in simplum actione noxali Dominus ejus conveniri potest. *l. 4. C. vi bonor. raptor.*

§. 6. Contra Novercam (quæ res aliquas amovit) vi bonorum raptorum intra annum utilem in quadruplum, post in simplum constituta est, *l. fin. C. vi bonor. raptor.*

§. 7. Si ab hostibus cum patre & matre captus, postea his ibi defunctis, legis Corneliæ beneficio reversus exemplo utilis actionis, quæ in integrum restituta datur, cum exceptionis annuæ objectu, res hereditarias vindicare potest, *l. ult. C. quibus ex caus. major.*

§. 8. Actio propter alienationem judicii mutandi causa factam, post annum (scil. utilem) non datur. *l. 6. ff. de alienat. judic. mutand. caus. l. 16. in fin. ff. de aqua & aqua pluvia.*

§. 9. Si quis (pecuniam metu extortam) non restituat (intra annum utilem) quadruplum, post annum verò in simplum Prætor pollicetur actionem. *l. 13. & 14. §. 1. & 2. ff. quod met. caus.*

§. 10. In eum, qui ut calumniæ causa calumniam faceret, & pecuniam accepisse dicitur, intra annum in quadruplum ejus pecuniæ, quam accepisse dicitur, post annum simpli in factum actio competit. *l. 1. princ. ff. de Calumniat.*

§. 11. Quod filio familias, ut peteret, mandavi, emancipatus exegit, de peculio intra annum utiliter agam. *l. 61. ff. mandat.*

§. 12. Tempore aboletur injuria. *l. 17. §. 6. ff. de injur. si enim in rixam inconsulto colore prolapsus, homicidii convitium objecit, & ex eo die annus excessit, cum injuriarum actio annuo tempore præscripta sit, ob injuriæ admissum conveniri non potest, l. 5. C. de injur. Jul. Clar. Lib. 5. §. Injuria. n. 9. & seqq.* Intelligitur autem annus utilis, id est, qui non currit ignorantanti, sed tantum scienti. *Gail. Lib. 2. obs. 105. n. 3.*

§. 13. Qui servum servamve alienum alienamve quadrup-

D

drupe-

drupedem vel pecudem injuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare Domino damnas esto. *l. 2. pr. l. 21. ff. ad Leg. aquil. pr. Inst. cod.*

§. 14. In eum, qui adversus edictum de in Jus vocando fecerit, quinquaginta aureorum judiciū datur, quod nec heredi, nec in heredem, nec ultra *annum* datur. *l. pen. ff. de in Jus vocand.*

§. 15. Si quis sciens hereditatem vel ab intestato, vel ex testamento sibi esse delatam, deliberationem non petat, nec tamen successioni renunciaverit, ex hac causa deliberare videtur. Si vero intra *annale* tempus decesserit, hoc Jus ad suum successorem intra *annale* tempus extendat, *l. 19. Cod. de Jur. deliber.*

§. 16. Emancipata si non cognovit intra *annum*, Unde liberi, Bonorum possessionem; nullam ad heredes vindicationem successione transmittere poterit. *l. 4. C. qui admitt. ad bon. poss.*

§. 17. Inventarium intra *sexaginta dies* absolvendum est. Sin autem à locis, in quibus res hereditariae vel maxima pars earum posita est, heredes abesse contigerit, tunc eis *unius anni* spacium, à morte testatoris numerandum, datur ad hujusmodi inventarii consummationem. *l. ult. §. 3. C. de Jur. delib.*

§. 18. Indulgetur quidem petere deliberationem, vel à Principe, vel à Judice: non tamen amplius ab Imperiali quidem culmine *uno anno*, à judice vero *novem mensibus* d. *l. ult. §. 13. C. de Jur. delib.*

§. 19. Mandatis cavetur, intra *annum* reorum requirendorum bona obsignari, ut si redierint, & se purgaverint, integram rem suam habeant, si neque responderint, neque, qui se defendant, habuerint, tunc post *annum* bona in fiscum coguntur. *l. 5. pr. ff. de requir. vel absent. reis l. 1. § 2. C. cod.*

§. 20. Papinianus scripsit: requirendum adnotatum, si Provinciae Praesidem intra *annum* adierit, & satis obtulerit, non esse locum mandati, ut bona Fisco vindicentur, nam & si in

si intra annum mortuus sit, criminis causa expirat & perit, & bona ejus ad successores transmittuntur, l. 1. §. final. ff. de requir. reis § l. 1. in fin. C. eod.

§. 21. Si vero comparès post annum, & defenderit, non recuperat bona, absolvitur quidem à condemnatione corporali, bona verò remanent Fisco in pœnam ejus contumaciæ. Jul. Clar. §. final. qv. 44. n. 3.

§. 22. Olim legibus XII. tabularum res mobiles & se moventes annali tempore usucapiebantur, princ. Inst. de usucap. l. un. C. de usucap. transform. l. 13. C. de servitut. Hunc annum Imperator in tricennium mutavit. dicit. princ. Inst. de usucap.

§. 23. Si filio familias studiorum vel legationis causa alibi degenti pecunia ad necessarios sumtus, quos patris pietas non regularet, creditæ, competit petitio, si anni utilis spatium petitionem non impedit. l. 5. Cod. ad Scctum Macedon.

CAPUT IX.

De Præscriptionibus, dilationibus, aliisque temporibus annuum usque ad quinquennium excedentibus.

- | | |
|--|---|
| 1. Actio de dolo. | 8. Sponsus nuptias differens ultra biennium. |
| 2. Rerum immobilium præscriptio secundum leges XII. tabularum. | 9. Emphyteuta Ecclesia biennio, |
| 3. Conductor non solvens pensionem. | 10. Emphyteuta alius triennio non solvens expellitur. |
| 4. Naufragii cognitio non differranda. | 11. Res mobiles triennio usucapiuntur. |
| 5. Patroni fisei quando ab officio liberantur. | 12. Lites ultra triennii spatium non extendende. |
| 6. Exceptio non numeratæ pecuniæ. | 13. Sponsa sponsum ultra tres annos expectare non opus habet. |
| 7. Criminales cause quando finiende. | 14. Pro |

D 2

14. Pro

14. Pro fugitivis venditis, & intra triennium agnitis Dominus accipit pretium.
15. Vacantium bonorum nunciatio quadriennio finitur.
16. Adversus ararium usque ad quadriennium agere licet.
17. Restitutio in integrum intra quadriennium continuum peti potest.
18. Absentes intra quadriennium continuum creditoribus suisolvere debent.
19. Sonticae cause sponsalia ultra quadriennium protrahere possunt.
20. Quæstio de statu defuncti.
21. Querela inofficiosi testamenti.
22. Accusatio adulterii.
23. De separationibus bonorum.
24. Commissi vindicatio.
25. Redempti ab hostibus aut pretiū reddere, aut per quinquennium Emortibus servire debent.
26. Servus invito Domino involans sacrum cubiculum vindicari potest.
27. Apostata post mortem accusari possunt.
28. Debitorum ad incitas redacti vel bonis cedere, vel quinquennales inducias impetrare possunt.
29. Pacta debitorum & Creditorum de induciis.
30. Constitutiones Imperiales ratione induciarum quinquennalium.

§. I.

EX eo die, quo adseritur commissus dolus, intra biennium continuum (non intra anni, utilis tempus) de dolo moveri debet actio, quæ post triennium finienda erit. l. ult. C. de Dolo malo.

§. 2. Res immobiles LL. XII, tab. biennio usucapiebantur: Imperator verò per longi temporis præscriptionem illas usucapi voluit. pr. Inst. de Usucap. l. un. C. de Usucap. transf.

§. 3. Conductor licet ad plures annos & quidem sub pœna conduxerit, si biennii continui pensionem non solvit, sine metu pœnæ expelli potest. l. 54. §. 1. & l. 56. ff. Loc. Cond. autb. Qui rem. C. de SS, Eccl. Nov. 7, c. 3. Nov. 107. c. 8.

§. 4. Cau-

§. 4. Causarum naufragii cognitores, libelli donatione vel plenaria interpellatione commoti, si intra *biennium* causas audire neglexerint, mediam oneris ejus partem, propter cujus probandam amissionem legitimo duntaxat tempore cognitio petebatur, inferre coguntur, *l. 5. C. de naufrag.*

§. 5 Patronus Fisci non *quotannis*, ut olim per *l. 8. C. de Advoc. divers. Judicior.* Sed *biennio* pro vetere consuetudine finem officii sui sortitur, *l. 12. C. eod.*

§. 6. Exceptio non numeratae pecuniae intra *biennium* continuum opponi potest, & debet *l. 14. pr. C. de non numerata pec.*

§. 7. Criminales causae intra *duos* à contestatione litis connumerandos *annos* finiendae sunt, nec ulla occasione ad ampliora produci tempora debent, sed post *biennij* excessum (minime ulterius lite durante) accusatus absolvitur, Judices examinationem differentes poena vicenarum librarum auri multabantur *l. ult. C. ut intra cert. temp. criminal.*

§. 8. Si sponsus intra *biennium* sponsalia non consummaverit, & in eadem Provincia degens, nuptias exsequi superederit, sponsa impune alij nubere potest. *l. 2. C. de sponsal. Cujac. Lib. 16. obs. 35.*

§. 9. Emphyteuta Ecclesiae, si per *biennium* integrum canonem solvere cesset, expelli potest. *auth. Qui rem. C. de SS. Eccles. cap. Potuit. ult. X. de Loc. cond. Jul. Clar. l. 4. §. Emphyteusis. quest. 8. n. 1.*

§. 10 Emphyteuta per *triennium* pensionem non praestans à praediis emphyteuticarijs repelli potest; nulla ei imposterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum, quae emponemata dicuntur, vel poenae opponenda *l. 32. C. de Episcop. Aud. l. 2. C. da jur Emphyt.*

§. 11. Res mobiles *triennio* continuo usucapiuntur, *pr. Inst. de usucap. l. un. C. de usuc. transformand.*

§. 12. Sive super possessionibus, vel dominio, vel hypo-

thea, vel super servitutibus, vel pro aliis quibusdam causis, pro quibus hominibus inter se litigandum est, non ultra *triennia* metas post litem contestatam lis est protrahenda; nec est concedendum lites ultra *Triennij* spatium extendere *l. 13. §. 1. C. de Judic.*

§. 13. Liberum est patri filiae suae, si sponsum suum post *tres* peregrinationis *annos* expectandum sibi non putet, omiffa spe hujus conjunctionis matrimonium facere, ne oportu- num nubendi tempus amittat. *l. 2. ff. de repud.*

§. 14. Fugitivi, qui à Domino non agnoscuntur, per officium Praefecti vigillum distrahuntur: intra *triennium* venditionis agniti fugitivi emptor precium à Fisco recipere potest, Cujac. *Libr. 12. Obs. 11.*

§. 15. Divus Pius Coelio Amaranto ita rescripsit, vacantium bonorum nunciationem *quadriennio* finiri; idque tempus ex die, quo certum esse coepit, neque heredem, neque bonorum possessorem exstare, computari oportere. *l. 1. §. 2. ff. de Jur. Fisc.*

§. 16. Adversus sacratissimum Aerarium usque ad *quadriennium* licet actionem intendere, qui pro Dominio vel hypotheca earum rerum, quae alienatae sunt, putaverint sibi competere quasdam actiones §. *ult. inst. de usuc. l. 2. & l. 3 pr. C. de quadrienn. praescript.*

§. 17. Abrogato *utili anno* in in integrum restitutionibus introductum est *quadriennium continuum* numeratum ex die, ex quo annus utilis currebat *l. ult. C. de tempor. in integr. restit.*

§. 18. Absentes intra *quadriennium* creditoribus possessionem detinentibus suum debitum certum facere, & expensas secundum quantitatem debitorum persolvere debent eis, qui sententiam consecuti sunt. *l. ult. pr. C. de reb. ant. jud. possess.*

§. 19. Sape justae ac necessariae causae, non solum *annum* vel *biennium*, sed etiam *triennium*, & *quadriennium*, & ulterius trahant sponsalia, veluti valetudo sponsi sponsaeve, vel mortes parentum, aut capitalia crimina, aut longiores peregrina-

grinationes, quæ ex necessitate fiunt. *l. 17. ff. de sponsal. Co-
varruvias Part. I de Sponsal. cap. 5, n. 7.*

§. 20. De Statu defuncti intra *quinquennium* post mor-
tem ejus, quæstio moveri debet. Scitum enim super non
retractandis defunctorum statibus sancitum est, *l. 4. & 8. C.
ne de statu defunct. post quinquenn. quaratur.* De statu enim de-
functorum post *quinquennium* quærere non licet, neque
privatim, neque filci nomine. *l. 1. pr. ff. cod. plura de
quinquenniis habentur in tit. ff. Si ingen. manum, ess. dic. & tit. ff. de
Collus. deteg.*

§. 21. Querela inofficiosi testamenti vel expresse vel
tacite, *quinquennio* repudiatur. *l. 34. in fin. C. de inoffic. testam.*

§. 22. Adulterii reum intra *quinque annos continuos* à
die criminis admissi defunctâ quoque muliere, postulari
posse, palam est. *l. 11. §. 4. & l. 29. §. 7. it. l. 31. ff. ad. l. Jul. de
adult. Cujacius cap. 24. de præscript. n. 4.*

§. 23. In Separationibus *quinquennium*, (quod multum
temporis vocatur) spectandum est, *l. 1. §. 13. ff. de separat.*

§. 24. Commissum, quod ante *quinquennium* factum di-
citur, si res lite anticipata non est, vindicari non potest. *l. 2. C.
de Veltig. & Commiss.*

§. 25. Decet *redemptos* aut datum pro se pretium empto-
ribus restituere, aut laboris obsequia, aut *quinquennii* vicem
referre beneficii, habituros incolumem (si in ea nati sunt,) *libertatem. l. ult. C. de postlimin. revers.*

§. 26. Si servus invito vel ignaro Domino intra fa-
crum ausus sit involare cubiculum, licet Dominum desti-
natum sacra ex lege Cubiculariis interpellare judicium, ut suum
famulum cum peculio consequatur. Ideoque tempus
quinquennii præfinitum, intra quod cum suas debeant exerce-
re quæstiones, ut si medio tempore movere distulerint, ul-
terius eis famulatum vindicandi copia denegetur. *l. 4. C. de
prepos. sacr. cubicul.*

§. 27. Post mortem accusatio apostatæ ad *quinquennium*
perimitur; & sufficit judicium intra *quinquennium* inchoare.
l. 2. C. de Apostat.

§. 28. Cum

§. 28. Cum à Majestate petitur, ut ad miserabile cessio-
nis bonorum homines veniant auxilium, & Electio detur
creditoribus, vel *quinquennale* spatium eis indulgere, vel
bonorum accipere cessionem, salva eorum existimatione
& omni corporali cruciatu semoto. Si quidam ex credi-
toribus voluerint, *quinquennales* dare inducias, alii autem ces-
sionem accipere velint, creditoribus ex *quinquennii* dilatione
circa temporalem præscriptionem nullum generatur præjudi-
cium. l. 8. C. qui bonis ceder. poss. junct. l. 4. C. de prec. Imperat.
offerend. Cujacius Lib. 2. Obs. 10. Brunnem. ad dict. l. Manzius
in Patrocin. pauper. Decad. 4.

§. 29. Interdum debitores paciscuntur cum creditori-
bus, ne intra *quinquennium* agatur. l. 3. in f. ff. de Exception:

§. 30. Notatu digna sunt, quæ Carolo V. Imperatore
in Reformatione Politia Augusta Vindelicorum. An. 1548., &
Imperatore Rudolpho II. Francofurti An. 1577. In *Ordinat.*
politica tit. 23. Constituta sunt, nempe: Wenn verdorbene
Kauffleuthe zu Zeiten bey den Römischen Käysern und
Königen moratoria oder Quinquennel auffbringen und
auch erlangen / und doch mittler Zeit / oder auch nach
Ausgang derselben ihre Creditores oder Gläubiger nicht
bezahlen / oder sich mit ihnen setzen und vertragen / so
meinen Wir hiemit ernstl. und wollen / daß ihnen sol-
che maratoria und Quinquennel hinführo nicht mehr ge-
geben werden sollen. Wir oder Unsere nachkommen /
Römische Käyser und Könige / seyen denn von der Or-
brigkeit / darunter solche verdorbene oder ausgestande-
ne Kauffleute gefessen / zuvor eigentlich und vorgewisigt /
oder daß dieselbige Kauffleuthe gläubliche Uhrkund und
Schein fürbringen / daß sie aus unversehenen zugestan-
denen Unfälle n / ihrer Leib oder Gütther verdorben / und
daß in solchen Fällen / darinnen die moratoria und quin-
quennel

quennel (Eiserne oder Anstandts = Brieff) staat haben; wo aber die anderer Gestalt/und mit verschwiegener Wahrheit ausbracht oder erlangt werden / alsdenn sollen sie kraftlos und unvortrüglich seyn und davor gehalten werden.

§. 31. Similem constitutionem Carolus V. *Bruxellis die 29. Maji An. 1544.* promulgavit, in qua sub rubrica *Briefsen van Respijt ende atterminatie*, art. 31. usque 35. constituit, & suis Belgis præcipit, debitorem testimonia fide digna, quibus probare possit, se sine sua culpa solvendo esse desuisse, producere debere (2) Omnes creditores citandos, ipsisque in Senatu Provinciali, induciarum literas exponendas esse. (3) Creditoribus literas istas oppugnandi, & exceptiones contra illas proferendi, concedendam esse facultatem, observatò ramen summario processu. (4) Debitori dilationem menstruam ad probandam suam innocentiam concedendam esse; deficiente autem probatione inducias revocari debere, (5) Debitori literas, quibus Creditores, ut certis portionibus contenti sint, cogere possit, minimè concedendas esse.

CAPUT X.

De Septem, decem, quatuordecim, septendecim, octodecim, viginti unius, annorum temporibus, præscriptionibus & dilationibus.

- | | |
|--|---|
| 1. Pupillus Septennis adire potest hereditatem. | cennium fuerit emensum, irritum erit. |
| 2. Res immobiles X. annis usuecipiuntur. | 5. Servus fugitivus intra X. annos non debet manumitti. |
| 3. Testamentum post X. annos validum est. | 6. Fæmina XII annorum, viripotentes nubere, & |
| 4. Si testator dixerit, se non voluisse prius stare testamentum, & de- | 7. Testamentum facere possunt. |
| | 8. Masculi XIV. annorum puberes uxores ducere, |

E

9 Et

9. Et testamenta facere possunt. 20. Electores Imperii anno 18. fi-
 10. Alimenta feminis ad puberta- unt majorenes.
 tem relicta, usque ad annum 21. Minor 20. annis non simplici-
 XIV. debentur. ter servos manumittere potest.
 11. Qui opera publica curarunt, 22. Res emta vel donata per vigin-
 ad annos XV. tenentur presta- ti annos usucapitur.
 re indemnitate. 23. Longi temporis prescriptio est
 12. Donator in rebus in XV. an- XX. annorum.
 nos estimationem prestat. 24. Perpetua in XX. annorum pre-
 13. Donator semel solvendo XV. an- scriptionem mutata.
 norum reditum liberatur. 25. Viginti anni numerantur, ex
 14. Procurator 17. annorum esse quo aliquid ad fiscum pertinere
 debet. potuit.
 15. Minor, qui 17. annos implevit, 26. Fiscus per 20. annos bona non
 manumittere potest servos. occupans, prescriptione submo-
 16. Fœmine post 18. annum veni- vetur.
 am ætatis impetrant. 27. Omnis questio apud Fiscum vi-
 17. Adoptans 18. annos precedere ginti annorum silentio prescri-
 debet adoptandum. bitur.
 18. Masculo alimenta ad puberta- 28. Tempus XX. annorum ab anno-
 tem relicta usque ad 18. an- tatione numeratur.
 num debentur. 29. Jure Saxonico anno XXI. ma-
 19. Adolescentes post 20. annum jorenes sunt.
 veniam ætatis impetrant.

§. 1.

Pupillus (vel Impubes) post impletos septem annos suæ ætatis ipse adire hereditatem, vel bonorum possessionem petere, consentiente parente, si sub ejus potestate sit, vel cum Tutoris auctoritate, si sui Juris sit, potest. l. 18. §. 4. C. de Jur. de liber.

§. 2. Res immobiles inter presentes decennio usucapiuntur, princ. Inst. de usucap. l. un. C. de usucap. transform.

§. 3. Si quis legitimo modo condidit testamentum, & post

post ejus confectionem *decennium* proflexerit, siquidem nulla innovatio aut contraria testatoris voluntas appareat, hoc erit firmum. *l. 27. de testament.*

§. 4. Sin autem testator solummodo dixerit, non voluisse prius stare testamentum, vel aliis verbis utendo contrariam aperuerit voluntatem, & hoc vel per testes idoneos, non minus tribus, vel inter acta manifestaverit, & *decennium* fuerit emensum, tunc irritum est testamentum, tam ex contraria voluntate, quam ex cursu temporali. *d. l. 27. C. de testament.*

§. 5. Servus fugitivario comparatus; intra *decem annos* manumitti contra prioris domini voluntatem non potest, Paulus *lib. I. sentent. tit. 6. Cujacius libr. 21. observat. 11.*

§. 6. Fœminæ post *duodecim annos* completos viripotentes esse creduntur, *princ. Instit. quib. mod. tutel. finit. & tunc possunt contrahere nuptias. princ. Inst. de nupt.*

§. 7. Fœminæ anno *duodecimo* completo, testamentum facere possunt, non autem excessisse debent, sed complete sufficit. *l. 5. ff. qui testam. fac. possunt.*

§. 8. Masculi anno *decimo quarto* completo puberes fiunt, *princ. Inst. quib. mod. tutel. finit. & uxores ducere possunt, princ. Inst. de nupt.*

§. 9. In masculis annus *decimus quartus* completus spectandus est, quo facere possunt testamenta, *l. 5. ff. qui testam. fac. poss.* Si ergo ante *decimum quartum* quis decessit, cum facere non potuit testamentum, nihil recte ex ejus postremo judicio postulatur. Si autem hanc aetatem egressus, licet vigoris nondum emerisissent vestigia, suum solemniter ordinavit iudicium, hoc evellere frustra conatis. *l. 4. C. qui testam. fac. poss.*

§. 10. Si usque ad pubertatem alimenta relinquuntur, sciat, Hadrianum constituisse, ut puellæ usque ad *decimum quartum* alantur; sed etsi generaliter pubertas non sic definiatur, tamen pietatis intuitu in sola specie alimentorum hoc tempus aetatis esse observandum, non incivile est, *l. 14. §. I. ff. de alim. legatis.*

§. 11. Omnes, quibus vel cura mandata fuerit operum publicorum, vel pecunia ad extructionem solito more credita, usque ad *annos quindecim* ab opere perfecto cum suis heredibus tenentur obnoxii, ita ut si quid vitii in ædificatione intra præstitutum tempus pervenerit, de eorum patrimonio (exceptis casibus fortuitis) reformetur, *l. 8. C. de operib. public.*

§. 12. Si donator neque servos, neque argentum habeat, vel non tantum, quantum donavit, fecerit eorum donationem, in rebus in *quindecim annos* æstimationem præstet, *l. 35. §. 3. C. de donat.*

§. 13. Donator redditus annui si fundos habet, ex quibus donatario redditum præstet, semel solvendo *quindecim annorum* redditum, liberatur. Molinæus *de Usur. qv. 5. n. 119.* Gothofredus *in Not. ad d. l. 35.*

§. 14. Servus, qui à minore XX. annis procuratoris habendi causa manumittitur, non minor *Septendecim* annis manumittendus est. §. 5. *Inst. quib. ex caus. manum. non lic.*

§. 15. Jure novo minori, si *decimum septimum* annum impleverit, & *decimum octavum* attigerit, libertatem servo suo dare conceditur, §. ult. *Inst. eod.*

§. 16. Fœminæ, quas morum honestas, mentisque solertia commendat, cum *octavum* & *decimum* annum egressæ fuerint, veniam ætatis impetrare possunt. *l. 2. §. 1. C. de his qui ven. ætat.*

§. 17. Qui sibi filium per adoptionem, vel arrogationem facit, plena pubertate, i. e. *octodecim* annis, eum præcedere debet. §. 4. *Inst. de adopt. l. 4. §. 1. ff. eod.*

§. 18. Si masculino usque ad pubertatem alimenta relinquuntur, ex D. Hadriani constitutione usque ad *decimum octavum* annum ali debet, *l. 14. §. 1. de alim. leg.*

§. 19. Omnes adolefcentes, qui honestate morum, præditi paternam frugem, vel aorum patrimonia gubernare cupiunt, & super hoc Imperiali auxilio indigere cœperint, ita demum ætatis veniam impetrare audeant, cum *vicefimi anni* metas impleverint, *l. 2. pr. C. de his qui ven. ætat.* §. 20.

§. 20. Electores Imperii censentur anno ætatis *decimo octavo* majores, *Aurea Bulla tit. 7.* Quæ constitutio etiam ad alios Imperii Principes extenditur, *Limmaus Tom. IV. & addit ad Libr. 4. c. 9. n. 151.*

§. 21. Lege *Ælia Sentia* domino minori *viginti annis* non aliter manumittere permittebatur, quam si iusta causa manumissionis fuisset approbata, §. 4. *Inst. quib. ex caus. manum. non lic.*

§. 22. Si quis emtionis vel venditionis, vel alterius cujuscunque contractus titulo rem aliquam bona fide per *decem* vel *viginti annos* possederit, & longi temporis exceptione contra dominos ejus, sibi acquisierit, posteaque fortuito casu possessionem ejus rei perdidit, potest rei vindicationem instituire *l. 8. pr. C. de præscript. XXX. vel XL. annor.*

§. 23. Longi temporis præscriptio inter Præsentes *Decem*, inter absentes *Viginti annorum* est, *prin. inst. de usucap. Authen. Mala fidei*, & *l. 11. C. de præscr. long. temp. X. vel XX. annor.*

§. 24. Actiones tam reales, quam personales, quæ olim perpetuæ erant, *viginti annis* præscribuntur. *l. 3. C. de præscr. XXX. vel XL. annor.*

§. 25. Præscriptio *viginti annorum*, quæ etiam circa requirendorum adnotatorum bona observatur, ex constitutione Divi Titi solet ex eo numerari, ex quo quid ad fiscum pertinere potuit: Causæ autem, quæ statim motæ sunt, & tractæ ultra *viceesimum annum*, differri etiam possunt post *viceesimum annum* *l. 1. §. 3. & 4. ff. de jur. Fisc.*

§. 26. Si per *viginti annos* Fiscus bona (absentis rei) non occupaverit, postea præscriptione, vel ab ipso reo, vel ab heredibus ejus, submovebitur. *l. 2. §. 1. ff. de requir. vel absent. damnand.*

§. 27. Quamcunque quæstionem apud Fiscum, si non alia sit præscriptio, *viginti annorum* silentio præscribi, Divi Principes voluerunt. *l. 3. ff. eod.*

§. 28. Tempus *viginti annorum* exinde Fisco numeratur, ex quo adnotatio publicè innotuit, l. 4. §. 1. ff. eod.

§. 29. Jure Saxonico minorennitas anno XX, finito terminatur, & incipiunt fieri majorenes art. 42. lib. 1. Land=Recht Glossa ad artic. 23. quinque diversos statuit minorennitatis terminos, his verbis. Das Erste sind XIII. Jahr / so sind sie mündig zu Lehn=Recht. Lehn=R. cap. 26. Zum andern wenn sie zu XII. Jahren kommen / so sind sie mündig zu Land=Recht. Zum drittenmal werden sie mündig / wenn sie XIV. Jahr haben / alsdenn so mügen sie nun Seelgeräth setzen / §. 1. Inst. quib. non est permissum fac. test. l. 5. ff. qui test. fac. poss. Zum vierten werden sie mündig / wenn sie XIIX. Jahr alt sind / so mögen sie ihre eigene Leuth frey lassen / und nicht ehe / ob sie die haben. §. 7. Inst. cui & quib. ex caus. manumitt. non lic. Zum fünfften wenn ein Kind kommet zu XXI. Jahren / so ist es bey seinen Tagen.

CAPUT XII.

De Temporibus viginti quinque, Triginta, Quadragesima, Quinquagesima, Sexagesima, Septuagesima, Nonagesima, Centum annorum, et Perpetua, prescriptionibus.

- | | |
|---|---|
| 1. Minores XXV. annis, nisi ve- | 4. Anastasius prescriptionis XL. annorum inventor. |
| 2. Locationes ab Ecclesiis non ultra XXX. annos permissæ. | 5. 6. Causa, ob quam prima & secunda leges Imperatorum antecedentium sub tit. de Prescript. XXX. vel XL. annorum inveniuntur. |
| 3. Theodosius auctor prescriptionis XXX. annorum. | 7. Jure |

7. Jure Saxon. res mobiles annali, 21. Majores LXX. annis excusan-
immobiles vero, tur.
8. Ut & incorporales, 22. Filius intra XCmum annum
9. Ac opere rustice tricennali tem-
pore prescribuntur. avitam hereditatem petere po-
test.
10. Qui suo nomine possidet, nec non 23. Hec opinio probatur Dd. &
11. Hypothecariae actioni debitor, praedictis.
12. Et secundus creditor, contra 24. Contra Romanam Ecclesiam
priorem XL annis prescribit. non nisi C. annor. prescriptio
13. Actiones Ecclesiarum XL. an-
nis prescribuntur. valet.
14. Decanissa fit XL. annorum. 25. Centenaria aliis etiam locis
publicis conceditur.
15. Olim debebat esse L. 26. Filius etiam intra CXX. an-
16. Juxta Paulum LX. annorum. nos avitam hereditatem petere
17. Perditum in ludo L. annis pre-
scribitur. posse videtur.
18. Hierosolymitana Ecclesia sua 27. Feuda nulla temporis prescri-
praedia pro quinquaginta anno-
rum pensione vendere potest. ptione acquiruntur.
19. Adrogans impuberem non mi- 28. Prescriptio immemorialis est
nor quam LX. annorum fit. loco tituli.
20. In Lege 2. Cod. de Praescript. 29. Pedagia, Guidagia, salinaria
XXX. vel XL. annor. Justinia-
nus annos LX. in XL. mutavit. immemoriali prescriptioe ac-
quiruntur.

§. 1.

Minores viginti quinque annis ejus aetatis esse censentur, ut
sua negotia tueri non possint. Pr. Inst. de Curator. & ideo
agentibus vel pulsatis in criminalibus causis Curatores ipsi
adesse debent l. 4. Cod. de auctor. prest. nisi veniam aetatis impe-
traverint, l. 2. C. qui ven. aet. impetr.

§. 2. Locationes ab ipsis venerabilibus domibus fieri pos-
sunt, in quantoscunque contrahentibus annos, non transcen-
dentibus triginta annorum tempora. Novell. 120. cap. 3.

§. 3

§. 3. Theodosium præscriptionis *triginta annorum* auctorem esse, constat ex Novella Valentiniani & Theodosii junioris. Cujac. *Libr. 13. obs. 26.* Et nihilominus *l. 1. C. de præscript. XXX. vel XL. ann.* quæ est Diocletiani & Maximiniani, huic titulo adjecta est.

§. 4. *Quadraginta annorum* præscriptionem introduxit Anastasius, & tamen in *L. 2.* quæ est Valentis & Valentiniani, mentio fit hujus præscriptionis.

§. 5. Sed respondetur, in *d. l. 1.* legitimum tempus sumi pro longo tempore, & emptorem prædiorum pro bonæ fidei emptore, qui *longi temporis* præscriptione, quæ sola tunc legibus cognita erat, dominium acquirebat. Quia autem Justinianus in specie ejus legis emptorem, pro malæ fidei emptore habuit *per l. 7. C. de agric. & cens.* ideo eam legem posuit sub illo titulo, ut intelligeremus emptori necessariam esse præscriptionem *XXX. annorum.* Cujacius *Libr. 18. obs. 27.*

§. 6. Lex secunda fuit de præscriptione *LX. annorum*, quæ introducta est à Constantino, cujus pars reperitur in *l. ult. C. de long. temp. præscr.* Justinianus igitur, cum abolita esset præscriptio *sexaginta annorum* & ab Anastasio omnium longissima *XL. annorum* introducta esset, illam *sexaginta annorum* mutavit in *quadraginta annorum* præscriptionem, Cujacius *d. obs. 27. in fine.*

§. 7. Jure Saxonico duæ tantum expressæ præscriptionum species reperiuntur, nempe una *annalis* in rebus mobilibus, quæ completur, spatio *unius anni & sex hebdomadum (Jahr und Tag:)* Altera vero rerum immobilium. ad quam requiruntur *triginta & unus anni dies & sex hebdomade.* Specul. Saxon. *Libr. 1. art. 28.* Schneidewin *ad instit. tit. de Jur. N. G. & Civ. §. 9. n. 5.*

§. 8. Tempore hoc *tricennario* præscribuntur, non tantum res corporales immobiles, sed etiam incorporales, nempe servitutes, Jurisdictiones, consuetudines &c. Schneidew. *d. loc. & Carpz. Jurispr. Forens. Part. 2. Const. 3. def. 3.*

§. 9.

§. 9. Operæ rusticæ, nisi jure familiaritatis aut amicitia fuerint præstitæ, itidem *triginta annis, anno & die* præscribuntur, Carpz. *dist. part. II, consi. 4, def. 1. & 2.*

§. 10. Qui suo, non alieno nomine possedit, *quadraginta annorum* præscriptione rem acquirit. *l. 2. C. de præscr. XXX. vel XL. annor.*

§. 11. Hypothecariæ actioni, etiam cum debitor, vel ejus heres hypothecam possidet, præscribitur *quadraginta annis*, ab eo tempore numerandis, à quo competere cœpit hypotheca. *l. 7. §. 1. C. de præscript. XXX. vel XL. annor.*

§. 12. Si secundus creditor possideat pignus, contra creditorem priorem, vivo scil. debitore, *quadraginta annis* præscribitur actioni hypothecariæ. *d. l. 7. §. 2.*

§. 13. Actiones locis religiosis, nempe Ecclesiis &c. competentes, non nisi *quadraginta annis* præscribuntur, *Authent. Quas actiones, C. de sacrosanct. Eccl. Novell. 131. cap. 6.*

§. 14. Decanissa, quæ minor sit *quinquaginta annis*, in sancta Ecclesia ordinari non potest; *Auth. Decanissa. Cod. de Episc. & Cleric. Nov. 123. cap. 13.*

§. 15. Olim vero nulla vidua, nisi emensis *quinquaginta annis* ad Decanissarum consortium admittebatur, *l. 9. C. de Episc. & Cler.*

§. 16. Apostolus Paulus non nisi *sexagenarias* viduas, & quidem tales, quæ maritos habuerunt, admittit; *1. Timoth. V. 9.*

§. 17. Neque in publicis, neque in privatis locis ludere, neque in genere, neque in specie licet, & si contra factum fuerit, nulla sequi debet condemnatio, sed solum reddendum, & competentibus actionibus repeti potest, non obstante, nisi *quinquaginta annorum* præscriptione. *l. ult. C. de Al. at.*

§. 18. Hierosolymorum Ecclesia licentiam habuit, domos suas, non positas in eadem civitate, vendere non minori pretio, quam de pensionibus ejus in *quinquaginta annis* colligitur, *Novell. 120. cap. 9. in princ.*

§. 19. In Adoptionibus cognitio vertitur, num forte minor *sexaginta annis* sit, qui adrogat, quia magis creationi libero rum studere debet, l. 15. §. 2. ff. de *Adopt.*

§. 20. In casu legis secundæ Tituli de *prescript.* XXX. vel XL. annor. Constantinus Imperator prescriptionem *sexaginta annorum* observandam esse voluit, quam Justinianus in prescriptionem *quadraginta annorum* commutavit. *Cujac. Libr. 18. obs. 27.*

§. 21. Majores *septuaginta annis* à tutelis & muneribus personibus vacat, sed qui ingressus est *septuagesimum annum*, nondum egressus, hac vacatione non utetur, quia non videtur major *septuaginta annis*, qui annum agit *septuagesimum*. l. 3. ff. de *Jur. immunitat.* §. 13. *Inst. de excusat. tutor.*

§. 22. Filius, qui intra proximos XXX. annos hereditatem parentis agnoscere noluit tanquam FILIUS, potest intra alios XXX. adire ut AGNATUS; tum iis quoque elapsis intra alios XXX. annos tanquam COGNATUS, & ita intra *nonaginta annos*, sive de paterna, sive de materna agatur hereditate, agere potest. *Bald. & Dd. ad l. 8. C. de jur. deliber.*

§. 23. Hanc opinionem in judiciis communiter receptam esse testantur Hillig. *ad Donell. Libr. 7. cap. 8. lit. B. Barry de success. tit. 2. n. 4.* & alii. Igitur non nisi triplicato prescriptionum spatio. nempe *Nonaginta annis* excluduntur *Carpz. Part. 3. Const. 14. def. 30. Brunnem. ad l. 8. Cod. de jure deliber.* Quod inter alios laudatus *Carpz. d. def. n. 10.* sententia quâdam probat, cujus verba sunt: *Hat cuer Ehwewib von Christoff von Arleben ihr Grosfmütterlich Guth gefodert. Ob er sie nun gleich dahero abweisen wollen / daß nunmehr fast in die 70. Jahr von ihrer Grosfmutter Absterben verflossen / binnen welcher Zeit keine beständige Foderung derselben geschehen / dieweil aber dennoch die Kinder nach gemeinem Schluß der Rechtsgelahrten ex triplici capite, Unde liberi, Unde legitimi, & Unde Cognati, zu einer solchen Erbschaft / davon*

davon Cure Frage meldet/ kommen können. So hat auch obbemeldte Cure Hausfrau / an dem Anspruch zu ihrer Großmütterlichen Erbschaft / sich noch zur Zeit nicht verschwiegen / sondern sie wird dazu nochmals ex capite, Unde Cognati billig gelassen. B. R. W.

§. 24. Sola Ecclesia Romana in Præscriptionibus gaudet centum annorum spatio & privilegio, *Authent. quas actiones. Cod. de SS. Eccles. Novell. 131. cap. 6. cap. cum vobis 14. X. de præscript.*

§. 25. Præscriptionem hanc Centenariam etiam aliis locis publicis competere, putat Schneidew. *ad Inst. de Usucap. §. 1. n. 20. & 30.* Ubi hoc etiam in Imperio procedere statuit, ita ut contra Imperatorem vel Cameram Imperialem non currat alia, nisi centenaria præscriptio secundum gloss. *in cap. ut autem 2. Novell. 7.*

§. 26. Antonius Faber de *Erroribus pragmaticorum Dec. 3. error. 8 p. 68.* reprehendit quidem computationem nonaginta annorum, fateri tamen cogitur, hanc sententiam supremarum Curiarum decretis innumeris comprobata fuisse, & cum Job. Sichardo l. 8. *C. de Jur. delib. nonaginta annis*, alios triginta annos adjicit, & sic liberorum præscriptionem ad centum & viginti annorum spatium extendit, Joh. Philip. *Usu Pract. Instit. Libr. 3. Eclog. 34. n. 7.*

§. 27. Fridericus Imperator habito consilio Episcoporum, Ducum, Marchionum & Comitum simul etiam & Palatinorum Judicum & aliorum procerum, edictali perpetuo vultura lege Ronchaliæ fancivit, ut nulli liceat feudum vendere, unde ejusmodi alienationes etiam antea factas, nullius temporis præscriptione impediende cassavit & in irritum deduxit. *Libr. II. feud. tit. 55. præet.*

§. 28. Præscriptio immemoralis est instar tituli, hinc ductus aquæ, cujus origo memoriam excessit, Jure constituti loco habetur, l. 3. §. 4. *ff. de aq. quotid. & astiv. Schneidew. ad §. 1. Inst. de Usucap. n. 31.*

F 2

§. 29. II-

§. 29. Illa pedagagia, guidagia, salinaria, interdicta sunt, quæ non apparent Imperatorum, vel Regum, vel Concilii La teranensis largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine, cujus non extat memoria, introducta, Cap. super quibusdam m. 26. *vers. fraterea, X. de verb. sign.*

CAPUT XIII.

De Aliis quibusdam temporibus ob emendatum
Calendarium dubiis.

1. *Menses Papales in quovis anno sex sunt.* Princeps præbendam conferre potest.
2. *Quale jus Papa, vel apud Evangelicos Principi, ratione mensium reservatorum, competat.* 8. Agnati impuberis, intra annum tutores non petentes, successione privantur.
3. *Menses Papales tempore FridERICI III. Imperatoris & Nicolai V. Pontificis determinati.* 9. Ante decimum quartum annum completum, rei ordinariâ penâ non afficiuntur.
4. *Verba Concordatorum nationis Germanicæ & Pape, quibus denominantur menses Papales.* 10. In Palatinatu advena, nisi intra annum vindicentur, fiunt Wildfangii.
5. *Placitum de mensibus papalibus a Gregorio XIII. declaratum.* 11. Post Calendas Martias mortuo Vasallo fructus industriales nondum percepti, ad heredes Vasalli pertinent.
6. *Patronus Clericus intra sex, Laicus intra quatuor menses non presentans aptam personam, jus suum amittit.* 12. Feudum alienatum à proximioribus agnatis, intra annum retrahi potest.
7. *Collatio præbendarum intra sex menses fieri debet, aliâ*

§. I.

PAULO ante ejectos ex fastis Julianis diebus superfluis, nempe. ipsis Nonis Januariis anni **CLIO CC.** in Alma Frideri-

dericiana, quæ Halis Saxonum floret, Cl. *Jacobus Brunne-*
mannus, nunc Professor Jur. extraord. elegantem de Jure
XI. dierum Calendario subtraharum habuit Disputatio-
nem, ex cujus Cap. II. *De Controversiis ex ablati XI. diebus ori-*
undis, aliquos casus adducere voluimus, quorum primus sit de
Mensibus Papalibus, quorum in quovis anno sex nume-
rantur.

§. 2. Vocantur autem Papales, quia si illis decedat Ca-
nonicus, vacans locus non per electionem, sed per nomi-
nationem à Pontifice, aut apud Evangelicos, à Principe, cui
Jus Episcopale competit, suppletur. *Limnaus ad Capitulat. Carl. V.*
Mantiff. 6. p. 395.

§. 3. Dicti menses determinati sunt in Concordatis Na-
tionis Germanicæ cum sede Apostolica, pro ipsius Eccle-
sia unione, ac pace & tranquillitate, inter eandem & Natio-
nem prædictam perpetuo conservandis, inita, conclusa & ac-
cepta, inter Fridericum III. Imperatorem & Nicolaum V.
Papam Ann. 1447. *Goldastus Tom. I. Constit. Imperial. p. 408.*

§. 4. Mensium nomina exprimuntur §. 3. Concorda-
torum his verbis: *Placet nobis, quod non impediamus nos, quo mi-*
nus de illis cum vacabunt de Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octo-
bris & Decembris mensibus, libere disponatur per illos, ad quos ea-
rum collatio pertinebat: quotiens vero aliquo vacante beneficio in Ja-
nuarii, Martii, Maji, Julii, Septembris & Novembris mensibus specialiter
dispositioni dictæ reservatis nõ apparuerint infra tres menses à die note
vacationis, in loco beneficii, quod alicui de illo Apostolica auctoritate pro-
visum fuerit, ex nunc & non antea ordinatio collationum beneficio-
rum non reservatorum per alternos menses possit per dictam nationem
publicari, vid. Fritsch. de Jur. prim. prec. cap. 5. n. 13.

§. 5. Hoc de mensibus Papalibus placitum Gregorius
XIII. Papa declaravit in *Cap. Sanctissimus de Reservat. in 7.* Si
igitur aliquis Canonicus Anno 1700. post XIX. Februarii
diem defunctus fuisset, queritur utrum Capitulum, an Prin-
ceps vel Papa vacantem locum supplere debuisset? Respon-

detur in Provinciis, ubi Gregorianus in usu fuit stylus, nullam fuisse difficultatem, quemadmodum autem in locis, ubi Calendarium mutatum fuit, hæc fyrtes præternavigari poterint, infra dicitur.

§. 6. Ne officium defuncti Parochi nimis diu vacet, legitimo tempore, i. e. *intra sex menses* Patroni Clerici, Laici vero *intra quatuor menses* idoneam & sacro munere dignam præsentare debent personam, *cap. quoniam. 3. in fin. Cap. eam te. 22. & cap. cum propter. 27. X. de Jur. Patron. & cap. un. de Jur. patronat. in 6. Matth. Stephan. Part. 1. cap. 20. de Jur. patron.*

§. 7. Principes Evangelici, quibus vi Recessuum Imperii de An. 1555. & de An. 1654. Jura Episcopalia vel Papalia competunt, si Prælati vel capitulum *intra sex menses* præbendam conferre negligat, præbendarium constituere possunt. *arg. Capit. Nulla. 2. X. de Concess. præbend.*

§. 8. Quia Pupilli mortui vocantur successionem, si defuncto ejus patre tutorem ei secundum legem non petierint *intra annum*, omnis, sive ab intestato, sive jure substitutionis successio ejus, si impubes moritur, eis deneganda est. *l. 10. C. de legitim. hered.*

§. 9. Impuberes ante decimum quartum annum ordinaria poenâ non afficiuntur per *Ordinat. Crimin. Caroli V. art. 146. So der Dieb oder Diebin ihres Alters unter 14. Jahren wären/ die sollen nicht vom Leben zum Tode gerichtet werden/ Carpzov. Pr. Crim. qv. 143. n. 20. & seqq.*

§. 10. In Palatinatu Wildfangii censentur, qui bastardi vel Dominò & certâ societate carentes, in territorio, ubi Elector Palatinus jus faciendi homines proprios habet, fixam fortunarum sedem figunt, nec à priore domino, *intra annum (in Jahr und Tag)* vindicantur. *Vitriarius, Inst. Jur. publ. Libr. 3. tit. 12. n. 21.*

§. 11. Si vasallus decedat sine herede masculino, & feudum ad Dominum revertatur, distinguendum est, quod si ante Mar-
rium

tium decedat, omnes fructus illius anni ex feudo provenientes ad Dominum pertinebunt; Si verò moriatur post Calendas Martij usque ad Augustum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes vasalli pertinent, *Libr. 2. feudor. tit. 28. §. his consequenter.*

§. 12. Feudum alienatum & venditum agnatis remotioribus *intra annum* a morte ejus, qui alienavit, à proximioribus agnatis retrahi potest, nisi consenserint in alienationem, vel per *annum*, ex quo sciverunt, tacuerint. *libr. 2. Feud. tit. 26. §. Titius.* Octavius Bammacarius in *Comm. ad d. text. n. 7.*

CAPUT XIV.

De modo solvendi omnes difficultates ex undecim dierum suppressione ortas, deque conditionum, consensuum & aliarum circumstantiarum retractionibus.

- | | |
|---|--|
| 1. Modus calendales conciliandi controversias à Dn. Præsidente dicitur. | 6. Donatio à patre in filium facta morte confirmatur. |
| 2. Communicatum Ratisbonâ ad Principum aulas missum. | 7. Emancipato filio non revocata, fit valida. |
| 3. Conditiones stipulationibus adjecta postea existentes, retrahuntur. | 8. Mutuum filio - familias datum subsequente patris consensu convalescit. |
| 4. Hypotheca prior sub conditione constituta, præfertur posteriori, sine conditione tradita, si conditio existat. | 9. Conjugum donationes, vel silentio, vel speciali confirmatione morientis confirmantur. |
| 5. Dejectionis ratihabitio retrahitur ad tempus, quo quis dejectus est, | 10. Carnaliter ante matrimonium cognita secuto matrimonio legitimitur. |
| | 11. Liberi naturales per subsequens matrimonium sunt legitimi. |

12. In decidendis dubiis ex mutatione Fastorum ortis, non, ut in adductis casibus, fictione juris opus est. 13. Sereniss. Dania Regis Constitutiones. 14. Serenissimi Regis Polonia Constitutio in Provinciis Saxonici promulgata.

§. 1.

Ante annum ferme Dn. Praeses legibus convenientem controversias ex XI. dierum suppressione ortas componendi modum in lucem edidit, quem in Comitibus Ratisbonensibus approbatum fuisse, ex communicato typis impresso, & ad aulas Principum misso, colligere est. quod verbotenus huic Dissertationi inserere opera pretium erit.

§ 2. Copia ejus ex Serenissimi Principis, Domini nostri Clementissimi aula nobis concessa, talis est:

Bericht:**Von denen eilff ausgemusterten Tagen/
und derselben Recht.**

W Eilen kurz vor Einführung des verbesserten Calenders von einigen hohen Herrn Reichs-Ständen sorgfältig und wolmeinend erinnert worden/ daß man auf zulängliche Mittel gedencen möge / wie denen Irrungen / welche wegen Aussetzung der eilff letzten Tage des Februarij 1700. entstehen möchten / am süglichsten abzuhelffen / dañenhero haben einige Jcti die Sache überleget / und durch-vielerley formirte Casus selbige fast mehr zweiffelhaftig / als deutlich gemachet.

Die Herren Engelländer haben aus keiner andern Ursache den verbesserten Calender anzunehmen bedencen getragen / als nur darum / weil sie befürchtet / die datirung der obligationen und Protocollen möchte eine grosse

große Verwirrung verursachen / und unsterbliche Gerichts- Processe veranlassen.

Dannenshero hat Herr D. Keyher neulich in der lateinischen = Praefation des von ihm vorgeschlagenen Calender = Cycli ex Jure behauptet / daß dergleichen / wegen dieser eilff Tage entstandene Streitigkeiten gar leicht zuheben wären / wenn man mit denen Rechtsgelehrten in dieser Sache also / wie bey denen unter gewissen Bedingungen geschlossenen Handlungen zugehehe pfleget / verfahren würde / welche eine solche Regula gebrauchten / *Conditio postea existens retrotrahenda est ad tempus stipulationis*, die nach der Zeit erfüllte Bedingung / muß auf die Zeit des contracts zurück gezogen werden / l. 78. ff. *de verb. obl. § l. II. S. 1. ff. qui pot. in pign. Gail. Libr. 2. obs. 2. n. 2.*

Also muß man nun auch den Tag der Zahlung / oder die Zeit der Erfüllung eines Handels gleichsam zurück auf den Tag / da die Handlung angefangen / ziehen / oder / welches deutlicher ist / den Tag der Schließung eines Handels nicht im alten Julianischen Calender / als welcher in bürgerlichen Sachen nun nicht mehr gebraucht wird / sondern in dem neue Gregorianischen Calender / als welcher noch zur Zeit mit unserm verbesserten Stylo gänzlich übereinstimmet / suchen / und den Zahlungs Tag darnach einrichten / so wird man keinen Tag verlierehen.

Wenn auch die Obligationes, wie an vielen Orten gebräuchl. nach beeden styli eingerichtet sind / so erhelleth klar / daß man nicht nach dem alten casierten / sondern nach dem neuen in dem ganzen Reich nunmehr eingeführten stylo zahlen müsse.

G

Zum

Zum Exempel.

Es hätte sich einer 1700. den $\frac{2}{13}$ Jan: verschrieben/ daß empfangene Geld den $\frac{2}{12}$ Julii nebst den gebührlichen Renten wieder zu bezahlen/ so kan der Debitor nicht den 2ten/ sondern den 12. Julii/ als welcher sechs Monath von den 13. Jan. abgehët/ allererst zur Zahlung angehalten werden.

Wenn auch einer vor zwanzig Jahren den 19. April nach dem alten Calendar gebohren/ so ist sein Geburtstags-Tag in diesem Jahr nicht der 19. sondern der 29. April/ weil vor 19^{ten} Jahren der 19. April Julianischen/ der 29. im Gregorianischen gewesen.

Hieraus ist nun so viel abzunehmen/ daß man von Rechts wegen nicht 11. sondern nur 10. Tagen compensiren müsse.

Desgleichen erhellet auch hieraus/ daß bey einem Wechsel/ welcher an einem Orth/ wo der Gregorianische Calendar alleine im Gebrauch gewesen/ nach dem neuen Stylo geschlossen/ man bey der Zahlung solcher 11. oder 10. Tage wegen keine Sorge tragen dürffe/ sondern schlechter dings nach dem verbesserten Calendar zahlen müsse.

§. 3. Non tantum autem ex adductis, sed & aliis quoque legibus, conditiones & circumstantias retrotrahi debere probabimus: In *leg. autem allegata 78. princ. ff. de verb. oblig.* dicit Paulus, si filiusfamilias sub conditione stipulatus, postea emancipatus fuerit; Deinde extiterit conditio, patri competit actio, quia in stipulationibus id tempus spectamus, quo contrahitur: i.e. in contractibus conditio existens retrotrahitur ad tempus contractus. Gothofred. *in not. ibid.* & patri æque actio competi, ac si ipso stipulationis tempore extitisset conditio.

§. 4. Si

§. 4. Si sub conditione stipulatione factâ hypotheca data sit, conditione pendente alius crediderit purè & acceperit eandem hypothecam; tunc deinde prioris stipulationis existat conditio, perinde habebitur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset, *l. 12. §. 1. ff. qui pot. in pign.* Conditio enim existens retrahitur ad tempus contractus. Gothofred. *in not. ibid.* Gall. *Libr. 2. obs. 2. n. 2.* & *Libr. 2. obs. 126. n. 2.*

§. 5. Si quod alius dejecit, ratum habuero, ego videor dejecisse, interdictoque isto teneri. Recte enim dicitur, in maleficio ratihabitionem mandato comparari, *l. 1. §. 14. ff. de vi & vi armat.* & propterea retrahitur. Gothofr. *in not. ibid.*

§. 6. Pater quidem filio familias regulariter donare non potest; si autem donat, destinatio potius paternæ voluntatis est, quam perfecta donatio. *l. 12. C. de donat.* Si autem donatio morte confirmata fuerit, retrahitur ad tempus traditionis, Jul. Clarus *de donat. quest. 8.*

§. 7. Pater filio emancipato recte donat. *d. l. 12. C. de donat.* hinc si filio in potestate constituto pater donaverit, postea emancpaverit, nec donata ademerit, perficitur donatio *l. 17. C. eod.* Et pater, qui filiæ, quam habuit in potestate, mancipia donavit, & peculium emancipatæ non ademit, ex postfacto donationem videtur perfecisse *l. 31. §. 2. ff. de donat.* Novus enim & posterior patris consensus retrahitur ad tempus donationis.

§. 8. Si filius familias citra patris jussionem & mandatum vel voluntatem pecunias creditas acceperit, postea autem Pater ratum contractum habuerit, necesse est, patris ratihabitionem vel principali mandato patris, vel consensui non esse absimilem. Omnis enim ratihabitio profus retrahitur & confirmat ea, quæ ab initio acta sunt; *l. ult. C. ad Scrum Macedon.*

§. 9. Uxor in suum maritum, vel maritus in suam uxorem constante matrimonio donare non possunt, sin vero silentio

approbaverit, vel specialiter eas in suprema voluntate donator vel donatrix confirmaverit, sine ulla distinctione rata habebuntur. Silentium enim donatoris, vel donatricis, & specialis confirmatio, ad illud tempus referatur, quo donatio conscripta sit. *l. 25. C. de donat. int. Vir. & Uxor.*

§. 10. Tanta est vis matrimonii, ut qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur. *Cap. Tanta 6. X. qui fil. leg. hab.* Si quis ergo illam, quam carnaliter prius cognoverit, postea uxorem ducat, matrimonium fictione juris retrahitur, quod omnia vitia praecedentia purgat, omnisque macula cessat ita, ut statim ab initio ante copulam carnalem contractum videatur matrimonium. *Carpz. Jurispr. For. Part. 2. const. 6. defn. 13. n. 2. & 3.*

§. 11. Hinc ultro sequitur, filios naturales, item spurios per subsequens matrimonium legitimari, §. ult. *Inst. de Nupz.* Nam si quis a muliere libera aliquos habuerit liberos, minime dotalibus instrumentis compositis, postea etiam ad nuptialia pervenerit instrumenta, omnes liberi sive ante dotalia instrumenta, sive postea editi sint, unâ eademque lance trutinantur, ita ut nec prior, nec junior ullo habeatur discrimine, sed qui ex iisdem matrimoniis procreati sunt, simili perfruantur fortuna. *l. 10. & 12. Cod. de Natural. liber.* Matrimonium enim retrahitur ad tempus nativitatis filiorum, omnemque maculam purgat. *Carpz. Jurispr. for. Part. 2. Const. 6. def. 15. n. 3.* & contractum videtur matrimonium ante liberorum nativitatem. *Hartm. Pist. Libr. 2. gp. 41. n. 33* Quod etiam in Camera observari testatur *Gail. Libr. 2. obs. 141. n. 2.*

§. 12. In haecenus allegatis casibus fictione juris opus est, quæ tamen hic minime necessaria videtur, quia non fingere debemus, sed certi sumus, contractum anno 1700. ante XIX. Febr. celebratum, cujus executio post Calendas Martias ejusdem anni incidit, eodem tempore in Calendario Juliano & Gregoriano, accidisse, & sic in utroque Calendario tempus numerari potuisse, sublato autem Calendario Juliano, necessario sequitur, tempus non amplius stylo Juliano, sed solummodo

EXEMTORUM JURE.

53

do *Gregoriano*, utpote qui hoc tempore exactè cum emendato nostro conspirat Calendario, numerari debere.

CALENDARIUM	§.13. Serenissimus & potentissimus Dn. Fridericus IV, Daniæ & Norvagiæ Rex : An. 1699. die 28. Novembr. Hafniæ promulgavit constitutionem, qua suis subditis, ut <i>Calendarium emendatum</i> recipent, nec in posterum <i>vetere</i> uterentur <i>stylo</i> , mandavit, delinquentibus & in fraudem aliorum <i>vetere calendario</i> abutentibus <i>civibus</i> quatuor Imperiales, <i>rufficis</i> vero unum Imperialem multa loco dictavit; sapientissime interim eadem constitutione, qua Fastis Anni 1700. præmissa est, cavetur, ut ratione <i>Cambrorum</i> aliarumque obligationum ante ultimum Februarii istius anni diem contractarum <i>Julianus</i> stylus usque ad finem Junii <i>correcti</i> , sive ad Febr. XIX. diem Junii <i>Juliani</i> retineretur, quamobrem, ut ex hoc Schemate patet, in Calendario Danico Anni 1700. mensibus Januario & Februario, sinistrum latus dies <i>styli Juliani</i> , dextrum vero <i>Gregoriani</i> dies exhibet; finito autem Februario, sinistrum latus occupant dies Martii <i>correcti</i> , & ad finem usque anni continentur, dextro latere vero stylus <i>Julianus</i> , die 19. 30	Mart.	April	Majus	Junius
Vetus	Novus				
Januarius	11	1	21		
	12	2	22		
	10		30		
	11		31		
	12		1		
	13		2		
Februar.	1		18		
	2		19		
	9		20		
	10.		21		
Febr.	11		29		
	12		30		
	27		1		
	28		2		
Nov.	Vetus		19		
	Febr. XIX.		20		
Mart.	19		21		
	20		22		
	28		30		
	29		31		
	1		1		
	2		2		
	19		18		
	20		19		

Februarii incipit, & usq; ad 19. diem junii pergit, post quem stylus Julianus deficit, secundum quod, vi mandati Regii, ratione futurorum negotiorum dies in *Novo*, ratione *præteritarum* obligationum dies verò in *Veteri* numerantur Calendario.

§. 14. Cum superiori *Cap. III. §. 8.* mentionem fecerimus constitutionis, quam Serenissimus Poloniae Rex in terris Saxonis publicari curavit, ideo illam hic annectere volumus.

**Sr. Königl. Maj. in Pohlen ꝛc.
Und Ehr- Fürstl. Durchl. zu
Sachsen ꝛc. ꝛc.**

M A N D A T

**Wegen der Occasione des neuen und
verbesserten Calenders/ und daher vor Feuer
wegfallenden 11. Tage/ in denen Gerichten
und sonst vorkommenden Dinge
und Handel.**

de Anno 1700. Dresden.

**Von Gottes Gnaden Wir Friederich
Augustus/ König in Pohlen/ Groß- Herzog
in Lithauen/ zu Neussen/ in Preussen/ Mahovien/
Samogetien/ Kiobien/ Polihynien/ Podolien/ Pod-
lachien/ Liefland/ Smolenszien/ Severien und Scher-
niko=**

nikovien/ Herzog zu Sachsen/ Jülich/ Cleve und
 Berg/ auch Engern- und Westphalen/ des Heil. Rö-
 mischen Reichs Erz-Marschall und Churfürst/ Land-
 graff in Thüringen/ Marggraff zu Meissen/ auch Ober-
 und Nieder Lausitz/ Burggraff zu Magdeburg/ Ge-
 fürsteter Graff zu Henneberg/ Graff zu der Marck/ Ra-
 vensberg und Barby/ Herr zu Ravensstein &c. &c.
 Thun hiermit kund und zu wissen/ demnach bey Ver-
 besserung des Julianischen/ oder so genannten alten
 Calenders/ die nach dem 18. Tag des Monats Februa-
 riü folgende XI. Tage/ auff dieses 1700. Jahr übergan-
 gen und ausgelassen worden/ und hierans so wol in Han-
 del und Wandel/ als in denen Gerichten/ wie auch sonst/
 iho und künfftig/ in vielerley wege allerhand Irrungen
 und Zwißtigkeiten entstehen dürfften/ so haben Wir
 darwieder in Zeiten Versehen zu thun der Nothdurfft
 zu seyn befunden/ setzen auch/ ordnen und wollen die-
 semnach hiermit/ das

Erstlich was an erheblichen Renten/ Zinsen/ Päch-
 ten/ und Gefällen auff den 19. und folgenden Tagen des
 Februariü/ (wenn dieselbe nicht ausgelassen worden/)
 fällig gewesen/ jedesmal 11. tage hernach exigible
 seyn und bezahlet/ auch dergestalt der erste Martii an
 statt des 19. Febr. Der andere an statt des 20. und so
 ferner gerechnet werden sollen.

Zum andern/ Begebe es sich denn/ das ein Lehn-
 mann den 1sten oder in denen folgenden Tagen des
 Monats Martij bis auf den 1ten desselben verstorbe/
 und bey seinen Zins-Leuthen und Unterthanen/ bis und
 mit

mit dem 28sten Februarij dergleichen Gefälle zu fordern gehabt hätte / auch unter denen Lebens-Folgern und Land-Erben/wenne solche gebühren/ Streit entstände/ so ist nach der im vorhergehenden paragrapho gesetzten Masse/ welcher Tag vor die eigentliche Verfall-Zeit anzunehmen / auch wer sich jetzt-besagter Gefälle anzumassen habe / die Sache zu entscheiden.

Drittens/ Gleichergestalt ist es mit andern Schulden/ so in einem Wechsel-Briefe oder andern Schuldbekänntnisse auf den 19. und folgende Tage des Februarij verschrieben / also zu halten/ daß die Zahlung auf den 1sten / bis 1ten Martij geleistet wird.

Vors Vierte / dahingegen / wann auf den 1sten oder folgenden Tag des Martij/ oder weiter hinaus die Zahlungs-Frist auf einen gewissen Tag gesetzt / oder gewisse Pächte und Zinsen abzustatten / oder auch sonstigen praestationes zuleisten / darbey hat es billig seyn bezuwenden / also das der Schuldner so denn unweigerlich die Solution und Praestanda zu praestiren gehalten.

Fünftens / Gleich wie auch es mit denen Jahrmärkten/ welche auf Ekto mihi, Fastnachten/ Invocavit, Mit-Fasten oder einen andern gewissen Tag das ganze Jahr hindurch gehalten werden / dergestalt sein verbleiben hat / daß / ob wohl alle solche Tage dieses Jahr um 11. Tage. eher als sonst / wenn mit dem Calendar keine Verbesserung vorgegangen wäre / einfallen / jedoch nichts desto weniger dieselbe zu solcher Zeit angestellet werden / also nicht weniger diejenigen/ so darinnen
etwas

etwas abzustatten haben / hierzu anzuhalten. Abson-
derlich sind.

Zum sechsten die Wechsel-Briefe / welche auf
die Leipziger Oster-oder Michaelis-oder auch die Mann-
burger Petri Pauli-Messe gestellet / auf solche verfall-
Zeit / wie sonst gewöhnlich præcise zu bezahlen ; und hat
in diesen allen der Debitor hiervieder mit der Exceptione
plus petitionis tempore sich durchaus nicht zu behelffen.

Vors Siebende / Belangende die Præscriptiones ;
hat es seine Masse / daß / wenn solche aus einzelen Ta-
gen oder Monathen bestehn / und darein die ausgeworf-
fenen Eilff Tage einfallen / der Abgang aus denen fol-
genden Monathen zuersetzen ist / welches denn auch in
denen Fatalibus Processualibus billig geschiehet. Wofer-
ne aber innerhalb Jahres-Frist / in Jahr und Tag / in
2. oder mehr bis 30. auch 40. Jahren / die verjährung
geschiehet / und in solche Zeit der Monat Februarius
dieses Jahres mit einfället / Sollen die ausgeworfene
Eilff Tage nicht gerechnet / sondern / als ob dieses Jahr
daran gar keinen Abgang gelitten hätte / davor gehal-
ten werden.

Achtens / und dieses wollen Wir auch bey Com-
putation der Pubertät / Minderjährigkeit und Majorenni-
tät / auch folglich / wann eine Restitutio in integrum geschie-
het / also beobachtet wissen.

Zum Neundten / wiederum / wenn einem die
Gefängniß = Straffe auff 8. oder 14. Tage 3. 4. 5 6. 7.
8. Wochen dictiret wäre / seynd die eilff Tage aus de-

H

nen

nen folgenden Monaten zu ersetzen / also daß der Delinquent die völlige Zeit über / so ihm dictiret / in der Haft aushalten muß ; dahingegen / wenn einem zeitliche Landes-Verweisung zu erkannt worden / soll solcher Abgang in keine Consideration genommen / sondern dessen ungeachtet / das Jahr vor complet geachtet werden.

Vors Zehende / wer Gesinde = oder Arbeiter = Lohn / Pacht = oder von geliehenen Capitalien verschriebenen Zins / Interesse mora, ein gewisses Bedinge an Handwercks = Leuthe / und was dessen mehr seyn mag / auff viertel = halbe = oder ganze Jahr zu bezahlen hat ; soll hier von wegen der eilff Tage etwas zu kürzen / nicht befugt seyn / sondern das viertel = halbe oder ganze Jahr völlig bezahlt werden.

Eilffens / damit auch wegen der Trifften und Hütungen so einer auff des andern Felder und Wiesen herbracht / wenn damit anzufangen oder auffzuhören / eine beständige Gewißheit seyn möge ; So ist Unser Will und Meynung / daß / wenn und wo zur Deffnung auch Wiederbegung ist = berührter Wiesen und Felder / wie auch derer letztern Brach = und Stürzung / gewisse Tage bißhero üblich und ausgesetzt gewesen / nicht allein dieses Jahr / sondern auch künfftig jedes Jahr 10. Tage späther / als biß anhero üblich gewesen / damit angefangen und verfahren werden solle.

Wornach sich also Jedermänniglich zu achten / auch von Unsern Hohen = und Nieder = Gerichten und in denen Judiciis zu sprechen.

Zu

Zu mehrer Urkund ist dieses gewöhnlicher massen unterschrieben / und mit unserm Chur-Secret besetzt worden. So geschehen in Dresden den 6. April. 1700.

EGON Fürst zu Fürstenberg.

L. S.

CAPUT XV.

De temporum, emendationem Gregorianam antecedentium, ad naturale tempus reductione.

- | | |
|---|--|
| 1. <i>Quaestio I. De Regule nostrae, lib. 5. cetera impofterum nulla correctio amplius metuenda sit, usu.</i> | 5. <i>Quaestio II, De negotiis ante correctionem Gregorianam gestis.</i> |
| 2. <i>Idque variis exemplis declaratur.</i> | 6. <i>Verus Academiae Christian-Albertinae Natalis.</i> |
| 3. <i>Quid ratione mensum Papalium statuendum?</i> | 7. <i>Tabula, secundum quam negotia ante correctionem Gregorianam gesta ad tempora calendarii emendati reducantur.</i> |
| 4. <i>Quomodo Praescriptiones & termini Saxonici in ceteros dies incidentes, computandi sint?</i> | 8. <i>Idque variis exemplis illustratur.</i> |

§. 1.

TAndem duas quaestiones enodandas esse censemus, quarum prima, postquam ultimo superioris Seculi anno, nem-

H 2

nempe 1700. mutatum est Calendarium, ac imposterum nulla ejusdem mutatio meruenda sit, an nostra regula precedenti capite commendata aliquam habeat utilitatem? Quod omnino affirmamus; interim tamen probe distinguendæ sunt obligationes, quæ ante Calendas Martias Anni 1700, & illas, quæ post Calendas dictas ortæ sunt.

§. 2. In posterioribus quidem nullum habet usum, in prioribus vero non tantum utilis, sed etiam necessaria videtur; Uti optime & facillime inter alia hoc ex veris hominum natalibus videre est. Qui enim ante mutationis terminum nati sunt, natalem suum non in *Juliano*, sed in *Gregoriano* querere debent calendario. e. g. natus est quis Norimbergæ (ubitur temporis Julianum floruit Calendarium) die 23. Febr.

5. Mart. anno 1680, Ejus natalis hoc anno 1702. 5. Mart. minime vero 23. Febr. celebrandus erit. Evidentissimum porro habemus exemplum in Natali Serenissimi nostri Cimbriæ, optimæ spei, Principis, Dni. Caroli Friderici, qui anno 1700. in Suecia die 19. Aprilis natus est, quo tempore nos in Holfatia 29. Aprilis diem celebravimus. Si itaque, ut speramus, in Suecia Calendarii mutatio introducetur, vel laudatissimus Princeps in Germaniam veniet, procul dubio 29. Aprilis dies ejus erit natalis.

§. 3. In mensibus Papalibus, qui non ex certâ temporis radice, quemadmodum obligationes & alia negotia derivantur, simpliciter sine respectu ad vetus vel novum Calendarium habito, illum mensẽ, quo Capitularis decessit, observandum esse putamus.

§. 4. Si forte terminus aliquis Saxonicus, qui ex 6. hebdomadis & 3. diebus constat, vel etiam præscriptio longa, quæ 31. annis 6. hebdomadis & 3. diebus includitur, tempore correctionis afficiatur, juxta regulam nostram principium termini in Calendario *Gregoriano* querendum, & finis secundum Calendarium *correctum* statui debet; ita si, exempli

pli gr. Præscriptio incipiat 1672. $\frac{21}{31}$ Januar. Præscriptionis Saxonica terminus incidet anno 1703. in diem 17. Martii, minime vero in diem 7. ejusdem mensis.

§. 5. Quæritur secundò, an in negotiis etiam, quæ ante correctionem Gregorianam, nempe ante ann. Chr. 1582. gesta sunt, reductio ad verum tempus, nempe Concilio Nicæano, & consequenter Calendario nostro emendato respondens, fieri possit? Licet hic iterum regula illa supra *cap. 3. §. 4.* adducta, nempe, minima, nisi majori rei præjudicetur, Prætozem non curare. *l. 4. ff. de restit. in Integr.* nihilominus ad exemplum Jcti *Emilij Macri*, cui *lex. 8. ff. ad L. Falcid.* adscribitur, determinabimus, quomodo ab anno Chr. 532. usq; ad Reformationem Gregorianam, & deinde ad nostra quoque tempora accuratissime mensium dies inveniri possint, demonstrabimus.

§. 6. Negotia, quæ post calendarij Gregoriani Correctionem cœperunt, juxta regulam præcedenti capite propositam expediri possunt. Nostræ Christian-Albertinæ igitur verus & genuinus natalis est XV. sive Idus Octobris, quia tum temporis dies V. Octobris Calendarij *Juliani*, diei XV. in Calendario *Gregoriano* respondebat.

§. 7. In negotiis ante correctionem Gregorianam gestis, veri dies Calendario tempore Concilii Nicæni usitato, & consequenter etiam nostro emendato respondentes ex adjecta Tabula inveniri possunt:

Ab anno Christi	annum deficiunt	dies
325 - - usq; ad	- 399	0
400 - - - - -	- 519	1
520 - - - - -	- 635	2
636 - - - - -	- 755	3
756 - - - - -	- 875	4
876 - - - - -	- 991	5
992 - - - - -	- 1111	6
1112 - - - - -	- 1227	7

1228

1228	- - - - -	1347	8
1348	- - - - -	1467	9
1467	- - - - -	1582	10

§. 8. Exempli loco sit Academia Helmstadiensis, quæ anno 1576. die 15. Octobr. introducta est; Cum autem annus introductionis sit major, quam 1467. & minor quam 1582 ergo decem dies adjiciendi sunt, eritque verus natalis Academiae Juliae dies 25. Octobr.

Rostochiensis Academia. cœpit, an. 1419. die 12. Nov. ergo addendi sunt novem dies, ut natalis fiat 21. Nov.

Erfurtenis Academia an. 1392. die 22. Aprilis orta, cui itidem addendi snt. novem dies, & erit Academiae Geranae natalis 1. vel Calendæ Maji.

Henricus VII. Imperator mortuus est 1313. die 24. Aug. quia ergo annus hic inter 1228. & 1347. intercipitur, octo dies adjiciendi sunt, & erit dies obitus Calendæ vel primus Septembris.

Fridericus Barbarossa an. 1190. die 10. Junij in flumine Cydno suffocatus est, ex tabula autem patet, septem dies addendos esse, & sic Imperatorem VI. Junij ultimū obiisse diem videmus.

Henricus IV. Imperator obiit. An. 1106. die septimo vel, si addantur 6. dies, die 13. August.

Ludovicus III. Rex Germaniæ moritur anno 911. die 21. vel potius 26. Januarii.

Carolus M. obiit An. 814. die 28. Januarii sive in calendario emendato Calendis Februarii.

Justinianus Imperator Constitutionem de novo Codice faciendō dedit Anno 528. Idibus Februarii, sive die 13. vel in Calendario correcto die 15. Febr.

Leo & Anthemius Augusti legem nonam *C. de pact. convent.* dederunt An. 468. die 15. Septembris, cui non nisi unicus dies adjiciendus est, ut vera promulgationis dies nempe 16. Septembris producat.

Eadem facilitate etiā tempora Concilium Nicænum antecedentia ad Calendarium emendatum, si opus esset, reduci possent.

F I N I S.

INDEX CAPITUM,

*Cum partim addendis, partimque mutandis,
Procemium; De causis, ob quas de XI. die-
rum exemptorum jure agere volumus.*

CAP. I. *De Epactis in genere, de Lunaribus verò in
specie, nec non de mensis intercalaris jure.*

§. 10. Totum hunc mensem, omnesque ejus
dies, &c.

Cap. II *De Epactis Solaribus, earumque causis;*

§. 11. *ll.* 4. venire debuisset die VI. Martij, quia
scil. decimus octavus dies non tantum octa-
vus. &c.

§. 12. *lin.* 4. non nisi die sexto Martij solvere teneatur.

Cap. III. *De modis, quibus aliqui ex Pastorum muta-
tione ortis difficultatibus mederi voluerunt.*

Ad §. 6. In Seelandia insuper quotannis à die 11.
ad diem 18. Decembr. ejusmodi versoria heb-
domas celebratur.

§. 10. Hildesienfis Magistratus nundinas peco-
rarias, hæctenus 16. Octobris, n. die Galli cele-
bratas, ad diem Luca, post festum Luca Evange-
lista, quod in 18. diem incidit, prorogavit.

§. 11. In municipio Utersen nundinæ die 8. Octobris
celebratæ, ad diem 20. *istius mensis* prorogatæ
sunt.

§. Itzehoënses nundinæ, alias diei 6. Octobris, qui
memoriæ S. Galli dicatus est, alligatæ, ad diem
20. Octobris, Simoni Jude sacrum, translatae sunt,

Cap. IV. *De temporum cursu.*

Cap. V. *De tempore continuo & utili.*

Cap. VI. *De Prescriptionum, Usucapionum & dila-
tionum*

tionum temporibus, uno anno, & uno mense minoribus, & quidem de horis & diebus.

*Post. §. 2. Qui momento possedit, publicianâ experi-
ri potest l. 22. §. fin. de public. in rem act.*

*post eand. §. Pugnans ab adversario avulsus, bre-
vi intervallo i. e. horæ dimidio post aggressio-
nem elapso, iracundiâ adhuc durante, invaso-
rem invadens, moderamen inculpatæ tutela
e excessit, nec ab omni pœna immunis est. Carpz.
Pr. Crim. qv. 31. n. 27.*

*Post §. 9. Circa arefti renovationem, ne horæ
quidem momentum immutari potest, Andr.
Ranchbar Part 1. qv. 3. n. 8. in arefto enim mo-
menta & horæ observari debent. Spatium enim
quatuordecim dierum, quo renovatio arefti fie-
ri debet, de momento in momentum currit,
diesque termini computandus est in termino.
Berlich. Part. 1. concl. 74. n. 122. Bartol. ad l. 1. ff. si
quis caution. n. 1. Ubi & Jason. n. 20. Carpz. Part.
1. const. 20. def. 10. & 11.*

**Cay. VII. De prescriptionibus & dilationibus per-
menses definitis.**

*Post §. 8. Senatûs Consultum Plancianum, de li-
beris agnoscendis, permittit mulieri, parente
tive, in cujus potestate est, denunciare intra
dies triginta, post divortium connumerandos
ipsi marito, vel parenti, cujus in potestate est
l. 1. §. 1 ff. de agnosc. liber. & leg. 1. §. 9. ff. de
Inspic. ventr.*

*§. 10. Tutores intra dies quinquaginta continuos,
quo cognoverint &c.*

*§. 13. Lin. penult. probationes adulterij per eos
præstare. l. 36. Cod. ad L. Jul. de Adult. &c.*

*Post. §. 17. Si quomodo scriptura non intervenien-
te,*

te, mandatum factum sit, tempus autem de-
terminatum sit, & tacuerit per omne tempus,
ille, pro quo sponſio facta eſt, neque quere-
lam moverit, decurrat verò etiam conſtitutum
tempus, neque tum demum *intra alios duos men-
ſes* hoc ipſum in querelam deduxerit, omni-
bus modis mandator ſolvat ſponſori debitum,
ediſt. Juſtinian. IX. c. I.

Post §. 32. Si unus ex litigatoribus adhuc pen-
dente appellatione defunctus ſit; non reſidu-
um tantum temporis heredes ejus habeant,
ſed etiam alios *quatuor meſes, l. ſin. C. ſi pendente
appell. mors.*

Post §. 39. Si quis pro alio ſpenderit, quatenus
eum intra certum tempus tradat, & certam
quantitatem pecuniarum pro eo inferat, ſi *ſex
meſium* ſpatium tempus ſtatutum ſit, *aliud
tantum* ei indulgeri ſancimus, intra quos ſi
poſſit perſonam exhibere, liberatus ſit. *l. 26.
C. de fidejuſſor.*

Post eandem §. Apud eum poſſeſſio firma per-
maneant, cui eam à peræquatore ſemel tradi-
tam fuiſſe conſtiterit, ne, ſub ſpecie litis, dona-
tiones ſemel conſtitutæ turbentur, *ſex me-
ſium* ſpatium cenſemus debere ſervari; Intra
quod is, qui putat ſibi rem probabili ratione
competere, debitas exerceat actiones, quod
ſi quis ex eo tempore, quo peræquator præ-
dium alicubi addicit, de ſuo jure, vel per ſe, vel
per homines ſuos non crediderit actitandum,
ſex meſium curriculum evolutis in perpetuum
conquieſcat. *l. ult. C. de cenſib. & cenſitor.*

**Cap. VIII. De præſcriptionibus, dilationibus, aliis-
que temporibus annalibus.**

§. 12. lin. 2. Si enim in rixam inconſulto calore
prolapſus, &c. I 2 §. 24.

- §. 24. Qui gravatos se esse à peraquatoribus conqueruntur, & injusto oneri impares se esse proclamant, competitionis habeant facultatem; ut, quid remissum gratiâ, quidve interceptum fuerit fraude, convincant, & ex eo levamen accipiant, *si intra annum post Codicum (æstimmi vel catastro) oblationē de injusto onere conquerantur. Emenso autem isto tempore actio denegabitur l. 5. C. de censib. & censitor.*
- §. 25. Sive ex prætoriano officio, vel ex quacunq; apparitione, ad quamcunq; necessitatem profligandam quis fuerit destinatus, sciat se *intra anni metas*, debere collectis ratiociniis ad proprium judicem remeare, eique suam efficaciam ostendere, quod si exacto spatio *anni*, in ejus regionis visceribus prædator insidians deprehensus fuerit remorari; tunc absolutus cingulo militiæ abjicietur. *l. 3. C. de execut. & exactor.*

Cap. XI. De præscriptionibus, dilationibus aliisque temporibus annum usque ad quinquennium excedentibus.

- §. 7. lin. ult. *l. ult. C. ut intra cert. temp. criminal.* Cujacius *Lib. XVII. obs. 23.*
 Post §. 9. Filius decurio pro patre officium legationis suscepit, ea res filiū, quo minus ordine suo legatus proficiscatur, non excusat; pater tamen *biennij* vacationem vindicare poterit; qui per filium legatione functus viderur. *l. 7. ff. de legar.*
Post eand. Legatione perfunctis *biennij* vacatio concessa est, *l. 2. C. de muner. & honor. l. 3. C. de legation. & l. 8. §. 1. ff. eod.*
Post eand. §. Introductâ ab appellatore causâ appellationis, absente vel præsentem alterâ parte, si ab eodem peracta non fuit, saltem *intra biennium*,
 prio

prior sententia ex solo *biennij* lapsu ipso jure consumatur. *l. ult. §. 4. C. de tempor. appell.*

Post eandem §. Quare autem in *Novell. 49. & Nov. 126. Cap. 2.* victori suadeatur urgere sententiam, rationem reddit Cujacius *l. 18. obs. 26.* nempe tutius esse sententiam priorem aliâ sententiâ, quam solâ præscriptione *biennali* confirmari, quia restitutionem in integrum, contra illam non impetrare potest.

Post eandem §. Qui agros, domino cessante, desertos, ad privatum pariter publicumque compendium excolere festinat, ac vetus dominus intra *biennium* eos ad suum jus voluerit revocare, restituitis prius, quæ expensa constituerit, facultatem loci propriis consequatur. Nam si *biennij* fuerit tempus emensum, omnis possessionis & domini carebit jure, qui siluit. *l. 8. C. de Omn. agr. desert.*

Post §. 14. Pro his fundis, qui invenire dominos non potuerunt, præcepimus earundem possessionum *triennij* immunitate percepta, de solennibus satisfacere. *l. 1. C. de omn. agr. desert.*

Post eandem. §. Causæ, in quibus contra Fiscum judicatum est, intra *triennium* retractari possunt. *l. unic. C. de sentent. advers. Fisc.*

Post eandem §. Ab honoribus (unis) ad alios *triennij* vacatio concessa est. *l. 2. C. de muner. & honorib. §. 26. lin. 2.* Licet Domino destinatum.

§. 32 Ab honoribus ad honores eisdem *quinquennij* datur vacatio, *l. 2. C. de munerib. & honor.*

§. 33. In Dania ejusmodi moratoria rescripta cambialem solutionem sistere nequeunt *Jur. Dan. Lib. V. c. 14. §. 75.* Nec etiam literæ cambiales arrestari possunt. *d. e. 14. §. 24.*

DE XI. DIERUM.

§. 34. Nulli omnino ex tabulariis, vel scribis, vel logographis, eorumque filiis, in quocunq; officio militent, sed ex omnibus officiis nec dum impleto *quinquennio* reperti & retracti, protinus officiis municipalibus reddantur. l. 3. C. de *Domest. & Protect.* l. 1. C. de *tabular. scrib. logograph.*

§. 35. Olim in *quartum* annum omnis antiquæ prudentiæ finis erat. Justinianus vero Imperator *quinque annos* statuit,

Primo anno hauriebant institutiones, & *πρώτα*, i. e. primam *Digestorum* partem, quo tempore audiunt *Justiniani novi*.

Secundo anno de *Judiciis & Rebus*, nempe a V. ad XIX. inclusivè, una cum quatuor libris singularibus, nimirum XXIII. XXIV. vel XXV. Deinde XXVI. vel XVII. postea XXIX. vel XXIX. Deniq; unum de *legatis & fidei commissis*, à XXX. ad XXXVI.

Tertio anno audiebant *Papinianista*, & tractabant *Libr. XX. & XXI*,

Quarto anno vocabantur *λόγος*.

Quinto anno *πεποδότης*, *Constitut. de rat. & method. jur. ad Antecess.* §. 2. 3. 4. & 5.

Cap. X. De *Septem, Decem, Quatuordecim, Septendecim, Octodecim, viginti, nec non viginti unus annorum temporibus, præscriptionibus & dilationibus.*

Post §. 5. Nec ipsi, qui studiorum causa aliquo loco morantur, domicilium ibi habent, nisi *decem annis* transactis eo loco sedes sibi constituerint. l. 2. C. de *Incolis*. Cujacius *Lib. 7. obs. 25.*

§. 9. *lin. penult.* Hoc evellere frustra conaris.

§. 24. *Deleatur, & ejus loco ponatur, Professores inter statutos connumeratos, si laudabilem in se*

se probis moribus vitam esse monstraverint, si docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamque differendi se habere patefecerint, & cœtu amplissimo judicante digni fuerint aestimati; Cum ad *viginti annos* observatione jugi ac sedulo docendi labore pervenerint, placuit honorari, & his, qui sunt ex vicaria dignitate, (id est, Comitibus Palatinis,) connumerari. *l. un. C. de Profess. qui ex lege meruer. Comitum;*

Cap. XI. De Viginti quinque, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta annorum temporibus & prescriptionibus.

Post §. 1. Actiones tam reales, quam personales, quæ olim perpetuæ erant, *triginta annis* præscribuntur, *l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.*

Cap. XII. De Sexaginta quinque, Septuaginta, Nonaginta, Centum annorum, item perpetua & immemoriali prescriptionibus.

§. 1. In Syriis à quatuordecim annis masculi, à duodecim annis fœmina ad *sexagesimum quintum annum* tributo capitis obligantur, *l. 3. pr. ff. de censib.*

§. 2. (23) Majores *septuaginta annis* à tutelis & muneribus personalibus vacant.

§. 3. (22) Filius &c. *§. 4.* (23) Hanc, &c.

§. 5. (24) Sola Ecclesia Romana &c. *X. de Præscript. Novell. CXI proœm.*

§. 6. (25) Præscriptionem &c. *§. 7.* (26) Antonius &c. *§. 8.* (27) Fridericus &c. *§. 9.* (28) Præscriptio &c. *§. 10.* (29) Illa pedagia &c.

Cap. XIII. De aliis quibusdam temporibus ob emendatum Calendarium dubiis.

CAP. XIV.

Cap. XIV. De modo solvendi omnes difficultates ex undecim dierum suppressione ortas, deque conditionum, consensuum & aliarum circumstantiarum retrotractionibus.

§. 3. *lin penult.* æque actio competit, ac si &c.

Post §. 13. Hinc dicto anno 1700. plerique mense Junio, propter Constitutionem Regiam, juxta veterem stylum fecerunt solutionem, alii tamen in solutionibus novo usi sunt stylo, quid? quod ipse Serenissimus Rex (in solvendis salariis) emendatum observare Calendarium voluit; altero autem termino adventante, nempe XI. Decembri, ad unum omnes ad correctum se accomodare debuerunt Calendarium.

Cap. XV. De temporum, emendationem Gregorianam antecedentium, ad naturale tempus reductione.

§. 5. *lin. 7.* Prætozem non curare *l. 4. ff. de restit. in integr.* obtinere possit, &c.

lin. 8. cui lex 68. ff. ad leg. Falcidiam adscribitur &c. *lin ult. deletur* demonstrabimus.

Coronidis loco annum aliquem, Concilii Nicæni tempus antecedentem, examinabimus, nempe, illum, quo Salvator noster Gloriosissimus passus & mortuus est, XXXIV. scil. à nativitate ejus, in quo æquinoctium vernalis die XXIV. Martij accidit. Cum ergo hic annus à tempore Concilii Nicæni non integro Cyclo distet, ideo tres dies abjiciendi sunt, ut æquinoctialis dies fiat XXI. Martii: & eodem modo etiam omnes reliqui istius anni dies reducuntur ad Calendarium Nicænum, vel ad Calendarium nostrum emendatum.

S. D. G.






Kiel, Diss., 1696-1702

X 237-1917

KD7







DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE

EPACTIS SOLARIBUS,
præcipuè verò

DE XI. DIERUM,

ex fastis restitutis, & ad tempora Con-
cilij Nicæni reductis, exemtorum,

JUR E,

QUAM
IN ILLUSTR I CHRISTIAN-ALBERTINA,
AUSPICE DEO,

Consentiente inclyto Jctorum ordine,
P R Æ S I D E

Viro Consultissimo, Nobilissimo & Spectabili,

DN. SAMUELE REYHERO, JC.

Cod. & Mathem. super. & infer. Prof. P.

h. t. Facult. Juridicæ VI. Ex-DECANO, Dno. Promotore
& Præceptore venerando,

*Pro Summis in utroque Jure Honoribus ac Privilegiis Docto-
ralibus obtinendis,*

Horis ante- & pomeridianis
Publico Examini submittit

CHRISTIAN HENRICUS WEIDEMANN,

Lipsiensis.

Die Martij MDCCII.

KILLÆ, Literis Bartholdi Reutheri, Acad. Typogr.

1705
§ 1000
1702/4
108 21

